



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cursus Theologiæ Polemicæ Universæ

Pichler, Vitus

Augustæ Vindelicorum, Anno MDCCXIII.

Appendix De Augustana Confessione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39374

APPENDIX,
IN QUÀ INSTITUITUR
EXAMEN POLEMICUM
SUPER
AUGUSTANA
CONFESSIONE.

Videlicet

An illa sit infallibile Fidei Lutheranae Symbolum, tan-
taeque auctoritatis, ut homo Veritatis ac Salutis suae amans
possit prudenter ac tuto ei adherere, Fideque Divina
credere, quae in illa continentur.

*Cui ad calcem adijcitur ipsa Confessionis Augustanae formula authentica
Cum Observationibus notatu dignis.*

PRÆFATIO.

Quamvis ea sit Lutheranorum inter se discordia, ut nulla Regio,
nulla Civitas, nulla Academia, imò nulla propè Familia per-
fectè cum altera concordet in ijs, quae credenda & facienda sunt: ni-
hilominus tamen omnes omnino, quod scio, conspirant in hoc, quòd
CONFESSIONI AUGUSTANÆ addictos sese profiteantur. Tanta
apud omnes auctoritatis est hæc Fidei ipsorum brevis summa, seu
Symbolum, ut vocant. Quare mearum partium, & simul opera
pretium esse duxi, inquirere, non solùm unde tanta auctoritas
in hæc Confessionem derivata sit, ut omnes Lutherizantium Ecclesie se
illius

illius membra profseantur, sed etiam, & quidem maximè, unde homo rerum peritus ex principijs Theologicis sufficiens motivum haurire possit ad prudenter imperandum sibi assensum firmissimum atque indubitatum, his rebus præstandum, quas Augustana Confessio complectitur, & (quod inde sequitur) quomodo homo salutis sue amans ei tuto acquiescere valeat. Quodsi enim assensum firmissimum prudenter eliciendi desit sufficiens ratio, pariter fides tantum infirma, incerta, & merè humana, adeoque nulla erit. Proinde, si ostendero, quod Confessio Augustana, ad iudicij Theologici staturam appensa, inveniatur minus habens, & auctoritate sufficienti destituta, toti Lutheranismò præcipuum, cui propemodum unice innititur, fulcrum subtrahetur: quo subtracto instar ruinosa domus nutare ipsum necesse erit.

ARTICULUS I.

Quid sit Confessio Augustana, & quis status questionis?

SUMMARIUM.

- | | |
|---|--|
| 1. Confessio Augustana periculosissimo propter Turcam, Romano Imperio imminentem, tempore in Comitij Augustæ compilata. | 6. Ex primis 21. octo sunt erronei & contra fidem, saltem latenter. |
| 2. Fusu Caroli V. Imperatoris, | 7. Quippe Confessio non fideliter fuit concinnata. |
| 3. Subscriptibus aliquot Principibus Imperij, ex quibus præcipuus, nempe Elector Saxonie, Catholicè obijt. | 8. Nobis propositum est eam non per partes, sed totam simul impugnare. |
| 4. Facta est ex libris Lutheri, & à Melanchtone in 28. Articulis divisa, quorum 21. ad fidem, | 9. Nam dicitur esse Symbolam fidei Lutherane. |
| 7. Septem postremi ad mores pertinent, in quibus reprehenduntur aliqui abusus Catholicorum, ut vocant Protestantes. | 10. Quid sit Symbolum? |
| | 11. Quid sit Confessio Augustana? |
| | 12. Quis status questionis? |
| | 13. Symbolum fidei debet esse infallibile, |
| | 14. Et fide divina credibile. |

1. Sciendum 1. Invictissimum Imperatorem Carolum V. cum videret Lutheri ac Lutheranorum in defendendo suo Schismate pertinaciam, & natas inde totius Germaniæ turbas summaque pericula, anno M. D. XXX. indixisse Comitibus Imperialibus Augustam Vindelicorum, partim ut auxilia contra Turcam, qui priore primùm anno ad ipsam urbem Viennemensem ingentem exercitum cum maximo Catholicorum terrore adduxerat, partim ut remedia quaereret ad reducendam in causa Religionis inter Germanos concordiam. Ad eò infelici fato hæc per Germaniam in Religione dissidia inciderunt in isthæc tempora, quibus Orcus Ecclesiam atrociter infestabat per Turcam in finibus, per Lutherum verò in ipsis Teutoniæ visceribus, ut nempe alter ab altero juvaretur, & neuter debellari posset, quia Turca Lutheri & Lutherus Turcæ res & causam strenuè promovit. Lutheri fuit illud rebelle classicum: *qui habet aures audiendi, audiat, & à bello Turcico abstineat, donec Papa nomen sub celo valet.*

2. Sciendum 2. Eundem Carolum jus-
fisse, ut in his Comitibus dissidentes Imperii Status suam mentem ac gravamina circa Religionem proponerent tum Latino tum Germanico idiomate. Quapropter Lutherani doctrinam suam in certos articulos redactam à Philippo Melanchtone (Germanicè **Schwartz Erden**) in prædictis Comitibus exhibuerunt Carolo Imperatori, quæ postmodum dicebatur *Confessio Augustana*, non quòd Urbs Augustana eidem subscripserit, tum magis Zwinglio

quàm Luthero secundùm aliquam sui partem addicta, sed quòd *Augusta* compilata, & Cæsari oblata sit.

Sciendum 3. Confessione Augustana Latina tum temporis subscriptæ 1. Joannem Ducem & Electorem Saxoniam. 2. Georgium Marchionem Brandenburgensem. 3. Ernestum Ducem Luneburgensem. 4. Philippum Landgravium Hassiæ. 5. Wolfgangum Principem Anhaltinum. 6. Duas Civitates Imperiales, nempe Norimbergam & Reutlingam.

Dux tamen Elector Saxonie Joannes præcipuus Lutheri Fautor & Augustanae Confessionis Promotor, ac Protestantium primus, cum ad agoniam pervenisset, conscientia & metu severi Judicis stimulante, ad Romanam Ecclesiam rediit, Sacramenta Confessionis, Evcharistiæ, & Extremæ Uctionis Catholico ritu percepit, ac insuper Lutheranam fidem detestatus à filio suo Joanne Friderico in ditiones suas antiquam Religionem restitui serio postulavit, ut constat ex Authenticis litteris, à Joanne Friderico mox post obitum Patris ad Duces Bavarie Wilhelmum & Ludovicum datis, quæ legi possunt in libro Viennæ edito anno M. DC. LXXXI. cui titulus *Confessio & Anti-Confessio Augustana.*

Sciendum 4. Confessionem Augustanam ex illis 17. articulis, quos Lutherus ex suis libris desumptos ad Comitibus in hunc finem miserat, fuisse collectam & in ordinem redactam à Melanchtone, ut dictum, Lutheri discipulo; qui tamen fuit homo tam inconstans, ut teste Jacobo Gaultreio post ejus obitum sectæ complures eum sibi

sibi tanquam suum vendicaverint, præsertim Sacramentarij, ad quos à Confessione Augustana transiisse satis certum est. Caterùm illi septendecim articuli, ex quibus Confessio compilata est, existant in tom. 5. Germ. Jen. f. 14. 15. 16.

Sciendum 5. Confessionem Augustanam, prout à Melanchtone distributa est, complecti articulos 28. quorum primi 21. ad fidei doctrinam, 7. verò ultimi ad mores pertinent, & inscribuntur de *Abusibus*.

Sciendum 6. Ex primis 21. articulis, qui ad fidei doctrinam spectant, omnino decem convenire cum doctrina Catholica, nempe 1. de Essentia Divina. 3. De Christo JESU & Verbo incarnato. 8. de administratione Sacramentorum. 9. de Baptismo. 10. de Cœna Domini. 24. de Vocatione Ministrorum. 16. de rebus Civilibus, quòd nempe Christianis liceat Magistratus gerere, & bella. 17. de extremo judicio, beatitudine, damnatione aeterna. 18. delibero arbitrio. 19. de auctore peccati.

Sciendum 7. In ultimis 7. articulis sequentes abusus, ut vocant Protestantes, reprehendi, nimirum. 1. Quòd Catholici præbeant Laicis Sacram Communionem tantùm sub una specie, & utrumque Calcis negent. 2. Quòd Sacerdotibus prohibeant conjugium. 3. Quòd Missam privatam celebrent sine Communione populi, & ex ea, nimis frequenti, quaestù colligant, & in Missa publica nullas Cantiones Germanicas admisceant, quibus doceretur populus. 4. Quòd in Confessione onerent conscientias cura ennumerandi omnia deli-

cta, cum tamen recitare omnia impossibile sit. 5. Quòd quotidie instituunt novas ceremonias, novos ordines, novas ferias, nova jejunia, quibus gravatur populus, cum doceant, hæc opera esse necessaria ad promerendam gratiam. 6. Quòd vitam & vota Religiosa nimis extollant contra mandatum Dei, quod quemlibet jubet habere uxorem suam propter fornicationem: & contra gloriam Christi, quia votis tribuunt justificationem, non fidei in Christum: & contra infirmitatem naturæ humanæ, cui castitatis observatio sepe est impossibilis, quæ tamen subinde inconsultò vovetur: propter quas & similes causas hæc vota esse irrita volunt Protestantes. 7. Quòd nimis amplam potestatem sibi arrogent Episcopi & Papa in condendis novis traditionibus & legibus humanis, quasi hæc essent necessaria ad promerendam justificationem, quod est contra libertatem Christianam, & contra præceptum Divinum. Item quòd aliqui Episcopi non solum usurpent potestatem Ecclesiasticam prædicandi Evangelii, remittendi & retinendi peccata, administrandi Sacramenta, rejiciendi doctrinam ab Evangelio dissentientem, excludendi à communionem Ecclesiæ, quæ potestas ipsis competit *jure Divino*; verùm etiam sibi arrogent potestatem Civilem & imperij, qua conati etiam sunt transferre Regna Mundi.

Sciendum 8. Reliquos undecim articulos ex 21. esse vel ex toto vel ex parte erroneos & hæreticos, si non aperte, saltem latenter, uti de justificatione,

catione, fide, bonis operibus &c.

Dico *saltem latenter*; nam plurimi articuli ita obscure & nequiter sunt positi, ut mentem Lutheri & Lutheranorum non clare explicent, imò nonnunquam contrarium explicare videantur, ut nimirum Catholici Principes, qui unionem & concordiam cum Ecclesia Romano-Catholica ardentè urgebant, existimarent, Protestantes in plerisque mutata sententiâ consentire Catholicis.

76 Et quamvis Imperator Carolus præcepit totam doctrinam sibi proponi, & post oblatam Confessionem serio scire petierit, utrum non alios adhuc articulos haberent adversantes Catholicis; ut videre est apud Georgium Cælestinum in hist. Com. Aug. to. 2. 13. Julij, Sleidanum l. 7. f. 213. & Chytræum in hist. Conf. f. 195. 196. 197. ubi recensentur etiam aliqui articuli controversi, quos Melancton & ejus Socij (probabiliter tamen in scio Saxone & Principibus Lutheranis) studio dissimularunt, tanquam *exosos & odiosos*, ut vocabant, nimirum 1. An omnia ita fieri debeant, ut fiunt. 2. An liberum arbitrium sit nihil. 3. An Deus etiam faciat mala. 4. An omnes Christiani sint Sacerdotes. 5. An Papa sit summus Episcopus jure Divino. 6. An Indulgentiæ sint admittendæ. 7. An quodlibet opus bonum sit peccatum mortale. 8. Utrum Laicus possit conficere Sacramentum Altaris. 9. An Confessio Auricularis sit ad salutem necessaria. 10. Utrum sint plus minus septem Sacramenta &c. Quæ dissimulatio fuit prorsus fraudu-

lenta, contra mandatum Cæsaris, contra sponsonem Protestantium, non tamen contra voluntatem Lutheri, qui durantibus Comitibus ex eremo sua, id est, ex arce munitissima, in qua à Saxone detinebatur occultè, ne tradi deberet Cæsari - plectendus, ita scripsit ad Melanctonem: *si vim evaserimus, pace obrenta, dolos, mendacia, ac lapsus nostros facile emendabimus.* Georg. Cælestinus Auctor Lutheranorum partium in historia Comitiorum anno 1530. tom. 3. mihi f. 24. pag. 2. En sinceritatem, qua Confessio Augustana primitus cusa est.

Sciendum 9. præter errores etiam reperiri aperta mendacia in Confessione Augustana, præsertim in ultimis ejus articulis de Abusibus, qualia sunt 1. Cùm dicitur, Catholicos docere, Christum præcisè pro peccato originali satisfecisse, Missam autem satisfacere pro peccatis actualibus tam vivorum quàm mortuorum. 2. Nullum Episcopum recipi à Catholicis, nisi juret, se puram Evangelij doctrinam nolle docere, &c. Verùm quia nimis longum foret & contra propositum nostrum singulos speciatim referre, & in particulari refutare tum errores tum mendacia, qui in Confessione Augustana vel apertè existant, vel facile eruuntur, hoc labore supersedeo. Videri potest P. Adamus Tannerus, & Thomas Henrici, uterque in sua Anatomia Conf. Aug. & alij Auctores hinc inde hanc materiam attingentes.

Mihi constitutum est & sufficit impugnare simul & generatim totam Confessionem Augustanam; si enim tota nullius

nullius auctoritatis & valoris esse convincitur, quid partes valebunt?

9. Sciendum 10. Confessionem hanc Augustanam, seu formam & summam fidei Lutherana, à suis Cultoribus vocari *Symbolum* suae Ecclesiae ut testatur citatus Thomas Henrici initio suae Anatom. & Conradus Dietericus Lutheranus, qui in suis institutionibus Catechet. ita scribit: Augustana Confessio est *Symbolum publicum quarundam Ecclesiarum Germaniae de principis Religionis capitibus ex Dei Verbo conscriptum*. Item libellus Germanicus, cui titulus: *Letzte Evangelische Gnaden-Botsam* / primò Belgicè conscriptus ante paucos annos à Zachar. Webber Protestantium partibus addicto, hic Augustae notissimus, Liber Concordiae, quamvis illam velit esse *Symbolum*, praemittit tamen verba *hujus temporis*, *diser Zeit* / quia nempe nunc statui non posset, quid sequentibus annis credituri essent Confessionistae. Mylius verò in prologom. licet vocet *Symbolum*, comparare tamen non audeet Symbolis Catholicis, nimirum Apostolico, Nicæno, & S. Athanasij.

10. Sciendum 11. *Symbolum fidei* à Ioanne Dorscheo Professore Argentinenfi in disert. defini: *est doctrina eorum, quorum Symbolum est, succincta summa, ex Verbo DEI, & Sacrosanctis Prophetarum, & Apostolorum scriptis collecta, ita ut per illud tanquam per indubitatam notam omnes Orthodoxi ubique terrarum agnosci, & in principis ac substantialibus fidei articulis ab Adversariis suis discerni*
R. P. Pichler Theol. Polemica.

possent. *Symbolum* quippe omnes fidei articulos necessarios, in quibus una pars ab altera dissentit, continere debet, & esse omnino immutabile, & invariabile. His Praemissis

Dico 1. Confessio Augustana sic 11. potest describi: *Est Symbolum fidei Lutheranae, quod ex scriptis Lutheri per Philippum Melancthonem collectum, & in ordinem redactum, in Comitibus Augustanis anno 1530. exhibitum est Invictissimo Imperatori Carolo V. Patent omnia ex dictis.*

Dico 2. Status questionis, quam 12. ventilare aggredimur, consistit in hoc: utrum Confessio Augustana sit fidei *Symbolum infallibile*, ac tantae auctoritatis (undeunde acquisitae) ut homo prudens ejus articulos, praesertim in quibus discrepat à doctrina Catholica, possit credere *fide divina*, eique salutem suam tutò committere?

Dixi 1. *Infallibile*; nam si fallibile tantum sit, assensus ei praestitus nequit esse infallibilis, certissimus, firmissimus, sed necessario erit pariter fallibilis, incertus, dubius, consequenter non actus fidei, sed mera opinionis & conjectura; conjectura autem & mera opinio non est summum intellectus nostri obsequium, quod praestare tenemur Veritati Divinae, ac DEO loquenti, & certos articulos nobis proponenti credendos. Unde sicut Symbola Apostolicum, Nicænum, Athanasij, etiam juxta Lutheranos sunt infallibilia, quia sunt Symbola fidei, seu quia complectuntur *verba*, quae sunt à DEO revelata; ita

ita etiam Confessio Augustana, si est *Symbolum Fidei*, seu si complectitur talia, quæ à DEO sunt revelata, necessario debet esse infallibile. Hinc non capio, quomodo Mylius, & alij quidam Lutherani Confessionem Augustanam vocare possint *Symbolum fidei* suæ, minoris tamen auctoritatis (quoad vim movendi ad firmissimum assensum) esse asserant, quam sit *Symbolum S. Athanasij, Nicænum, Apostolicum*. Sic enim argumentor: vel Confessio Augustana complectitur meros articulos à DEO revelatos, vel non? Si primum, planè ejusdem auctoritatis esse & pari efficacia movere debet ad assensum, quam prædicta tria *Symbole*, cum prorsus sit idem motivum, nempe idem DEUS infinitè verax & revelans. Si secundum, nullo modo est *Symbolum fidei*; cum *Symbolum* debeat continere res à DEO revelatas, *fidei* articulos, quos oportet credere. Secus si fiat, est scriptum erroribus obnoxium, nulla auctoritate nixum, & non nisi fide humana dignum. Quod utique de sua Confessione, quam purò DEI verbò niti jactitant, non fatebuntur Lutherani, nisi velint esse contenti fide merè humanâ, qua DEUS non colitur, nec salus obtinetur, cum tamen juxta ipsos sola fides requiratur & sufficiat ad salutem obtinendam.

14. Dixi 2. *fide divina*, hoc est, tali,

quæ nititur auctoritate DEI loquentis & revelantis. Quòd DEO (supposito, quòd loquatur) credendum sit assensu firmissimo, ac nullatenus dubitandum, omnino evidens est. Utrùm autem hic & nunc loquatur, hoc vel illud revelaverit DEUS, non est evidens, sed probari debet ex certis signis, quæ vocati solent *motiva credibilitatis*, quibus ita fidei evidenter credibile, DEUM hic & nunc loqui, hoc vel illud revelare, aut revelasse, ut de hoc prudenter dubitari non possit, minùs, sine injuria primæ Veritatis negari seu revelatio seu objectum revelatum. Quæstio nunc est, utrùm Lutherani habeant nullum tale signum, & motivum tantæ auctoritatis, per quod ipsis fiat evidenter credibile, articulos suæ Confessionis, præsertim eos, qui sunt contrarij Ecclesiæ Catholicæ, esse à DEO revelatos, qui fide divina, infallibili, ac certissima credi possint ac debeant? Ex discursu (DEO adjuvante conatus nostros) patebit, Confessionem Augustanam non modò non esse evidenter credibilem fide divina ex ullo capite, sed potius evidenter esse incredibilem, & omni divina auctoritate destitutam ex multis capitibus, imò tot, quot hoc opusculum complectitur articulos.



ARTICULUS II.

An Confessio Augustana sufficientem auctoritatem obtineat à Luthe-
ro, ex cuius libris sumpta est?

SUMMARIUM.

1. Lutherus est quasi proto - parens Confessionis Augustanae.
2. Quem Lutheranorum aliqui multum extollunt, ideo ejus quoque partem, nempe Conf. August. in magno honore habendum putant;
3. Sed male, quia tam vita quam doctrina ejus scelerata existit.
4. Fuit enim sacrilegus & perfidus Apostata.
5. Blasphemus in DEUM & Sanctos.
6. Obscenus.
7. Et trivialis scurrus.
8. Superbus Thrafo.
9. Et maledicium enormiter.
10. Bibliorum falsarius.
11. Homo mendax.
12. Sibi ipsi contradicens.
13. Familiaris Diabolo.
14. Ejusque discipulus.
15. Illius doctrina viam sternit sceleribus.
16. Quod & ipse fatetur.
17. Unde nulla prorsus auctoritas redundat à Luthero in Confessionem Augustanam, sed potius opprobrium.
18. Et quia Lutherus nec immediatè nec mediatè à DEO vocatus est ad novam fidem introducendam,
19. Videant Lutheranì, cui salutem suam credant.
20. Nec prodest ipsis, si nobis objiciant improbos Prelatos & Sacerdotes Ecclesie Catholicae.
21. Nec excusant Lutherum, si dicant, eum initio non statim fuisse suis illuminatum.

Sciendum 1. Lutherum, patriam Saxoni-
am, professione prius Monachum,
postea infamem apostatam, esse pri-
mum ac precipuum inter homines au-
ctorem seu architectum, & quasi pro-
toparentem Confessionis Augustanae.
Hoc enim testatur non solum ipse Lu-
therus, dum in praef. 1. Tom. Lat. ait:
*primo solus eram, hoc est, nullum
ducem, nullum initio habebam socium;*
sed & Melancthon Confessionis Au-
gustanae faber secundarius, ceterique
Sectatores Lutherum pro Duce, ac fi-
dei suae Magistro agnoscunt. Quin res
ista tam aperta est, ut nullus rerum peri-
tus vocare possit in dubium, cum pa-
lam sit & in confesso apud omnes, ex
libris Lutheri desumptam esse Confes-
sionem Augustanam.

Sciendum 2. Multos (non tamen
omnes) Lutheranos plurimum extol-
lere Lutherum, eumque superbis titu-
lis illuminatum.

lis appellare Prophetam, Evangelistam, Apostolum, Eliam, Joannem Baptistam &c. atque habere pro viro tam illuminato, ut SS. patres cum ipso comparati vilescant. Id nempe didicerunt ab hoc suo quinto Evangelista, qui (ex humilitate scilicet) arroganter hos sibi titulos attribuit, vix non Christum & Deum se appellans. Ab hoc igitur admirabili viro (si Superis placet) qui extinctam, ut ajunt, sanam doctrinam licem reaccendit, Evangelium sub scamno delitescens iterum protulit, afflictis conscientijs Christianam libertatem restituit, & Christi Ecclesiam multis erroribus sedatam reformavit, magnam Confessioni suae auctoritatem conciliari existimant.

3. Sciendum 3. Lutheranos ita sentientes vel decipi à suis Prædicantibus, vel ignorare Acta & Scripta Lutheri, vel etiam sponte cæcutire, dum petulantem linguam, turpissimum calammum, & sceleratos mores Patriarchæ sui nesciunt, aut nescire volunt. Unde meum esse duxi, *beatum & presiosum*, ut vocant, hunc virum rudi saltem penicillo delineare (nam vivis coloribus exprimere nec brevitas studium, nec intenti ratio, & omnium minimè honestas permittit (Nihilominus tamen ita obiter tantum adumbratus haud dubiè adeò displicebit etiam Cultoribus suis, ut non solum nihil auctoritatis pro sua Confessione ab hoc monstro deinceps emendicate pergant, sed potiùs protoplastis sui ipsos pudere incipiat. Imò futuram spero, ut quisquis in Lutheri effigiem solum ruditer depictam oculos synceros con-

jecerit, horrere ac desertari incipiat fidem, ab homine tam nefario in Mundum inveciam. Breviter itaque vitam & doctrinam Lutheri describere propositum est. Pius tamen veniam terogo, Christiane Lector, si tuos quandoque oculos cogar offendere, & meum inquinare calammum referendo illius sermones & mores: quippe ejusmodi Novatorum & dogmatum referre turpitudinem refutare est.

De improba Lutheri vita.

Dico 1. Lutherus fuit homo sceleratissime vite. Ad hanc assertionem probandam tam ampla suppetit materia, ut pluribus integra volumina repleverit, ut Adamo Tannero, Laurentio Forero, Conrado Andrea (vero cognomine Vörtter) Joanni Pistorio &c. ex quibus pauca quædam desumo, & claritatis ac brevitatibus gratia ad quatuor capita restringo. 1. Quia Lutherus fuit sacrilegus ac perfidus Apostata. 2. Quia fuit blasphemus in DEUM & Sanctos. 3. Quia fuit Scurra obscænis & trivialis. 4. Quia fuit superbus Thrafo & enormiter Maledicus. Adducam autem ordinariè verba ipsius Lutheri, prout reperiuntur in ejus libris, vel ab ipso vel saltem ab ejus asseclis (DEO ita disponente) ad propriam confusionem editis, & sapius quidem adducam idiomate Germanico, quo Lutherus plurimum delectabatur, & urebatur, ut etiam illiteratis ostendi possit pessimi hominis turpissima vita, & perversi Evangelistæ execrabilis doctrina. Itaque

Probatur assertio 1. Sacrilegum ac impium facinus est datam Deo fidem viola-

violare : sed Lutherus datam Deo fidem violavit : ergo commisit impium ac sacrilegum facinus. Min. est omnibus nota, etiam lippis & tonsoribus, cum nemo ignoret, Lutherum fuisse Monachum & Sacerdotem, adeoque emisisse tria vota, castitatis perpetuae, paupertatis, & obedientiae, quae tamen vota omnia, adeoque datam Deo fidem, turpissime violavit, dum deserto Ordine Religioso publicas nuptias celebravit cum Catharina de Bore, pariter voristaga Moniali, atque in hoc sacrilego Matrimonio (ante nuptias jam consummato, ut ipse Lutherus fateatur satis clarè in litteris ad D. Joannem Rùhelium tom. 3. Germ. f. 150.) usque ad finem vitae per summum scelus perstitit excucullatus Apostata.

Ma. probatur 1. ex Scriptura S. Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requirit illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum &c. Deuteron. 23. Siquid vovisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Sed quodcumque voveris, redde Ecclesiasticis 5. Vovete & reddite Domino Deo vestro. Ps. 115. 2. Ex SS. PP. nominatim S. Augustino & Ambrosio: Augustinus, cujus degener filius existit Lutherus, circa annum Christi 400. ita scripsit in Psal. 25. Quid autem ait (Apostolus, Paulus) de quibusdam, qui voverunt & non reddiderunt? habentes, inquit, damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, quid est primam fidem irritam fecerunt?

Voverunt & non reddiderunt. Et paucis interjectis negat fas esse recedere à Monasterio post vota Deo nuncupata; Ambrosius in libro, quem scripsit ad Virginem Deo devotam, & postea corruptam, c. 5. postquam ei scelus hoc pluribus exaggerasset, ita pergit: dicit aliquis: melius est ergo nubere quam uri: hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nondum velatam. Ceterum quae se spondit Christo, & sanctum velamen accepit, jam nupsit, jam immortali juncta est viro, etiamsi voluerit nubere communi lege conjugij, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. In altero autem libro, quem ad corruptorem Virginis Deo sacratae scripsit idem S. Doctor, ita incipit: de te autem, fili serpentis, minister diaboli, violator templi Dei, qui unduo crimina perpetrasti, adulterium utique & sacrilegium &c. 3. Ex Jure Caesareo, quod capitis supplicium statuit in eos, qui Virginem Deo consecratam attentassent sibi Matrimonio jungere L. 5. Imp. Jovin. Cod. de Episc. & Cler. five volentibus five nolentibus Sanctimonialibus tale facinus fuerit perpetratum. 4. Demum ex ratione: quia pro gravi scelere reputatur, si fides, puro homini data, non servatur: quantum ergo crimen erit Deo aliquid promittere per vota, id tamen non reddere, non servare? Nec excusat praetensa ab hujusmodi perfidis apostatis impossibilitas, cum pateat, ab innumeris utriusque sexus hominibus haec vota Religiosa semper observata fuisse, & hodieum observari accuratissime. Utique Christus, & Paulus,

non suavitatis impossibilia, sed invitavit ad perfecta, dum dixit: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, qua habes, & da pauperibus &c. Et veni, sequere me Mat. 19. Beatior autem erit, si sic (sine conjugio) permanserit secundum meum consilium: qui Matrimonio jungit virginem suam, bene facit: & qui non jungit, melius facit. 1. Cor. 7.* Lutherus itaque fuit homo perfidus Deo, sacrilegus, impius Apostata à Religione & Ordine, ac proinde vitæ sceleratissimæ. Id quod ulterius

5. Probatur 2. Gravisimum scelus est blasphemare Deum & Sanctos: sed Lutherus blasphemavit Deum & Sanctos: ergo Ma. est clara. Min. probo afferendo aliquas Lutheri blasphemias, in ejus Libris contentas, & à prædictis AA. notatas, præsertim à Conrado Audrea, qui Lutherum festivè simul & graphicè descripsit in varijs tractatibus, ex quibus mihi trèdecim ad manus sunt; quamvis enim multos excitandis textibus in ipsius Lutheri voluminibus egomet legerim, non tamen omnes repetere contigit, quos ex memoratis Auctoribus afferam, propter diversam scilicet, quæ illis & mihi fuit, editionem atque diversis annis impressos Lutheri libros, è quibus fideliores sunt, qui antiquiores; nam primi Collectores librorum Lutheri turpitudinem sui Magistri candidè satis expresserunt, Deo utique sic ordinante, ut se ipsos confunderent, & ut essent inexcusabiles, qui talem Prophetam sequerentur. In subsequenteribus verò editionibus plura, nimis probrosa, vel omiſsa, vel immutata sunt.

Deum ipsum varijs & indecoris omnino titulis compellat Lutherus, quorum ingentem catalogum refert dictus Conradus Andrea in Dem andächtigen Luther, ubi legi possunt. *Christus est Diabolus meus contra Diabolum, ut sim filius Dei, ait in c. 2. Gal. apud Tannerum in Anat. Et apud le Roy tantem colloquia Mensalia de operibus Dei sic blasphematur: non semel Domino Deo nostro aliquot egregios articulos porrexi, & exhibui, cumque docere volui. Sed optimus ille, ac bona frugis Deus belle mihi tergum suum (turpiore voce usus est spurcus Propheeta) obvertit conspicandum.* Melancthon in ejus vita scribit, quod Deum suorum precibus comendaverit, dicens: *Bittet für unsern Herr Gott, und sein Evangelium, daß ihme wohl gehe. In der Kirchen Postil. f. 117. ait: Gott ist keinem Orth so feind als denen Kirchen. Quæ quidem & similia, quocumque te vertas, & quemcumque illis sensum assignes, à suprema quadam indignitate, irreverentiâ, & atroci in Deum contumelia nulla ex parte excusaveris. Sed pergamus ad Christum & Sanctos.*

Christus ist der größte Sünder / dergleichen auf Erden nie kommen ist. Tisch. Reden f. 101. & tom. 1. Witt. 361. b. Omnes Propheeta viderunt hoc in spiritu, quod Christus futurus esset omnium maximus latro, homicida, adulter, fur, sacrilegus, blasphemus. Ita scribit exponens c. 3. Epistolæ ad Gal. Ne autem excipias, & defendas Lutherum dicendo, quod Christum non formaliter, sed objective tantum peccatorem, & latronem

8cc.

Sec. maximum esse edixerit, nõlle debet, quod se ipsum explicet tom. 2. Jen. Lat. p. 241. edit. 1557. ita scribens in Plal. 22. Ita, ut jam non modo *objective* (ut dicunt) sit nostra Christi justitia, sed & *formaliter*: sicut non tantum *objective* Christi sunt peccata nostra, sed & *formaliter*. Verum ista verba, *maximus latro* &c. item adverbia *objective* & *formaliter* omiserant Lutherani in versionibus Germanicis posterioribus, adverteantes turpitudinem & blasphemiam horribilitatem. Vah. qualem sequuntur Doctorem, cujus doctrinam, utpote summè blasphemam, nec ipsi tolerare amplius poterunt. Et in homilia 1. de baptis. addit, Christum opus habuisse baptismo in remissionem peccatorum. In Pl. 22. ait: tui hæc dixerimus (nempe Christum fuisse simul summè gloriantem, & summè desperantem, simul summè beatum, summè damnatum &c. (non video, quomodo à DEO sit derelictus. Item: non credo, quod sola humana Natura promè passa sit: Christus ille vilis nec magni pretij Salvator est; imò ipse quoque Salvatore opus habet.

Wir seynd gleich so heilig als Maria / und andere Heilige / wie gross sie seynd. Kirchen Postill an unser Frauen Geburths Tag. Item: wann die Mutter Gottes / Petrus und Paulus &c. noch heut auf Erden giengen / sie würden sich mir (Luthero) unter die Fuß legen und für einen Herrn halten. Ibidem. Die Apostel seynd

auch grosse Sünder gewesen / und gute grobe / grosse Schälck. Tisch Reden. f. 236. Paulus hat an seiner Lehr gezeuffet / und oft nicht gewußt / ob er recht predige oder nicht f. 106. St. Hieronymus ist ein Reher gewesen f. 478. St. Chrysostomus ist nur ein Wäscher. f. 474. De Hieronymo ait, se nulli alteri esse æque infestum, quàm ipsi, quia tantum scribit de jejuniis, de delectu ciborum, de Virginitate &c. Gregorij concionos ait nihil valere, uti & Basilium, quia totus est Monachus. Juris Canonici libros, nempe Decretum & Decretales, magnam partem ex Sententijs SS. Patrum constantes, scurriliter vocat stercoreos, deß Ybis Drectet / und D. Etal praef. 1 in 1. tom. Witt. Germ. Patrum auctoritas susque deque facienda est. tom. 2. lat. Witt. f. 466. Siquis autem scire cupiat, quos Sanctos colat & invocet Lutherus, audiat & obtupestcat, quàm devotas Lytaniae composuerit: Ich bitte dich lieber Teuffel / du wollest GOTT für mich bitten. Tisch Reden f. 259. lieber Teuffel bitte für mich. f. 262. heiliger Teuffel bitte für mich. f. 288. Domine Deus da uxorem & panem quotidianum. in cap. 24. Gen. Quasi Christus perperam omisit petitionem pro uxore adeo necessariam.

Probatur 3. Lutherus fuit scurrilior profus obscenus, & trivialis: ergo fuit insigniter sceleratus. Ant. quoad primam partem probatur, quia profus impudenter ac inverecundè res turpissimas & secretas corporis partos,

tes, earumque functiones, motus &c. In ore circumferre & effutire solitus est, etiam quando tractabat Scripturam sacram & res magni momenti. Idque adeo frequenter & sine fronte, ut turpissimus quispiam leno hac in re haud facile ipsum superaverit. Pudit me legere, & magis pudet ejus verba eloqui aut scribere; quia tamen interest improbi hominis mores nosse, & subinde expedit, videri potest Joannes Pistorius in Anatomia Lutheri in dem ersten bösen Geist Lutheri, nemlich dem fleischigen Geist. Item Vetterus in seinem so genannten feuschen Luther. Ne ego inquinare calamum, & verecundum Lectorem offendere cogar, praesertim teneram aetatem. Ubi hi auctores (disimulatis tamen turpioribus & magis offensivis, praesertim quae exstant in Colloquijs Mensalibus, & in 2. tom. Jenensi in explanatione c. 7. prima ad Cor. 8cc. quae terribiliter fetet (plurima ac adeo turpia Lutheri dicta & scripta adducunt, ut nemo, nisi tanti viri, ac ab ipsis Lutheranis impressi libri testarentur, ad credendum induci posse videatur. Volui quidem afferre saltem aliquos illius textus, sed parco honestis oculis & castis auribus. Hinc facile erit colligere, quales fuerit Lutherus ipse; nam *qualia verba viri, talis & ipse vir est*, canit Andreas Delicanus in suo contra Stercorenm Prophetam epigrammate. Audiamus confessionem propriam Lutheri, qui tom. 1. Jen. epist. f. 434. & 335. in ep. ad Philippum ita de se scribit: *summa, qui fervore spiritu deoco, fervore*

carne, libidine, pigritia, otio, somnolentia &c.

Propositum quidem nunc erat, asferre quaedam dicta scurrilia, contra decantia & honestati naturali, quibus scurrilia triviale & infimi stabularij oblectantur, haud aliter ac stercorei porci, uti sunt ista. Wann man den Teuffel kennet / so kan man leichtlich zu ihm sagen / ihn zu beschämen / leck mich im N. oder schmeiß ins Hembde und hängs an Hals zc. Das Hosensch. ist kräftiger den Teuffel zu versagen / als die Heil. Schrift zc. Quid hodie hie egi? duabus horis comedi, & deinde quatuor horas otiosus exegi. Colloq. Eisl. f. 59. Sed honestas prohibet ea adducere: hinc illa relinquo hujus Epicuri affectis qui istis illecebris pascuntur; nam in omnibus tomis, uno vix non in omnibus paginis, praesertim ultimi tomis, postremis vitae annis à Luthero conscripti, similia pascua abunde inveniunt: dum ubique porci, asini, diaboli, stercorea, ventris crepitus, & adhuc turpiora occurrunt. Neque tu credere, Lector, neque ego salva erga te reverentia proferre possum; adeo turpia enim, scurrilia, & ab omni honestate aliena sunt, quae stercoreas iste propheta effutijt. Vah! quam sordidus igitur animus illi fuerit necesse est, si ex abundantia cordis os loquitur? *qualia verba viri, talis & ipse vir est.*

Probatum 4. Lutherus fuit homo supra modum superbus, & imaledicus: ergo hoc ipso admodum sceleratus, nam superbia solet esse radix gravissimo-

simorum scelerum; & ipsius etiam heresim mater. Ant. quoad utramque partem probant iterum dicta & acta Lutheri; nam superbia (stimulante) fortè etiam invidia & avaritiâ) cum infelix illa de Indulgentiarum prædicatione contentio exarsit, in æmulos suos, præsertim Tezelium, acriter invecus ipsas Indulgentias & Sedem Apostolicam sugillare cepit, ut adè ambitio, ut Florimundus Ræmundus l. 1. c. 7. in fine asserit, præcipuus unicus fuerit, quo diabolus in rete suum pertraxit Lutherum. Sed magis se ipsum prodit in suis libris.

Hic sto, inquit thraſonice, hic se deo, hic maneo, hic glorior, hic triumpho. hic insulto Papis, Thomistis, Henricistis, Sophistis, & omnibus portis inferi, nedum diæis hominum, quantumlibet sanctorum &c. Divina Majestas mecum facit, ut nihil curem, si millo Augustini, millo Cypriani &c. contra me starent. Ich Martin Luther wil in disen Sachen (vom Glauben) anders nichts seyn noch gehalten werden / dann eigensinnig (hart / steiff / stolz. Und soll diß mein Reimen seyn Cedo nulli tom. 1. Witt. f. 56. Ich bin ein Doctor über alle Doctor, und unſers Herrn Jesu Christi unwürdiger Evangelist. to. 8. Witt. f. 165. Ich Martin Luther von Gottes Gnaden Evangelist zu Wittenberg tom. 2. Witt. f. 169. Ich Doctor Martin Luther euer Apostel Tisch Reden f. 406. Ich bin so gewiß ein Prophet, daß ich mir selber darum gram und seind bin. tom. 2. Jen. f. 446. Ich
R. P. Pichler Theol. Polemica.

Doctor Martin Luther bin Esaias / auf daß ich mich auch rühme Gott zu Ehren und dem Teufel zu Trug. f. 482. Ein Mann / wie Joannes der Taufser. f. 492. Ich bin ein großer Held. Tisch Reden f. 492. Bin ich nit ein theurer edler Mann? In tausend Jahren ist kaum ein edler Blut gewesen. Ich bin ein Gottes Heiliger to. 2. Jen. f. 49. Mein Mund ist Christus Mund. f. 68. Ich bin Christus. to. 1. Witt. f. 96. Ich meyn / Luther sey Gott. to. 4. Witt. f. 378. Jam sufficit; ulterius nec Lucifer aspiravit.

Ex superbia spiritu nata est inaudita maledicendi, & convitiandi licentia, qua omnes, quos sibi adversari adverterat, impotenter criminabatur, & insipientis instar impetebat, nulla personarum habita ratione. Summi Principes tam Ecclesiastici quàm Sæculares scopus erant præcipuus illius infernalis maledicentiæ, præsertim Papa, Cardinales, Episcopi, Imperator, Rex Angliæ Henricus, Duces Baviaræ Wilhelmus & Ludovicus, Georgius Dux Saxonie, Henricus Dux Brunsvicensis &c. Des Teufels Mutter / Schwester / und Hurren Kinder / Pabst / Cardinal / und was der höllischen Grundsuppen zu Rom mehr ist &c. Der verdammte Böswicht / verlohrene verzweifelte Teufels Kinder / die solle der Blitz und Donner erschlagen / das höllisch Feuer verbrennen / Pestilenz / Frankosen / Sant Velsin / St. Antoni Feuer / Aufsatz / Carbuncel / und alle Plag haben. to. 8. Jen. in libro contra Papatum.
 RICE GOTT

GOTT wölle/ daß das Pabstum / und was daran hangt / in Abgrund der Hellen falle / Amen. tom. 6. Witt. f. 169. Regem Angliæ his titulis honorat: Juncker Heins / Meister Heins / Hanns Döpel / Narz / Elaff Narz / Fassnacht Narz / ungehobleter Narz / Mägeburt von einem Narren ꝛc. Esel / Sau / Klog / Stock / Block / Schwein / Gauckler / Bachant / Schelm / Teufel / Sathan / Bueb / Potter / Bub ꝛc. Henricum verò Brunsvicensem sequentibus: Hansi Warst / Döpel / Knöbel / Silz. Der ist ein trefflicher Mann in der H. Schrifft wie ein Ruhe auf dem Ruß-Baum oder ein Sau auff der Härpffen ꝛc. Diser verzagte Schelm wäre besser ein Frauen-Huet ꝛc.

Toties pronuntiat diabolum, ut, si quis tot haberet milites, quot Lutheri calamus diabolorum millia cateratim in suis libris posuit, facili labore bis denos Turcarum exercitus profligare posset. In parvo libello, quem scripsit contra Ducem Brunsvicensem nomen diaboli occurrit centies gaudegestes sexies. Et in libro de Concilijs f. 266. intra quatuor duntaxat linearum spatium diabolus quindicies nominat, egregius scilicet amulator Pauli, qui in suis epistolis Sanctissimum Nomen JESU pijsimè pronuntiare non cessat. Paucis rem dico: u. niversum quinti (Lutherani) Evangelij Corpus his quatuor tanquam elementis compositum esse viderur. 1. insigni verborum spurcitiâ, & libidinoli amoris exaggerata commendatione. 2. Scurrili & scenica dicitate.

3. Intolerandâ superbiâ. 4. Acerba mordacitate procacibusque in quasvis personas contumelijs. Quis quæso (ad animum imperturbatum, & ad recti judicij tribunal appello) quis quæso talem linguam credat esse instrumentum Spiritûs Sancti? quis sibi persuadeat, Sapientiam Divinam intrasse in tam malevolam animam, & habitasse in corpore subdito peccati? Sap. 1. Quis capiat, eloquia Dei purissima ex ore tam sædo promanasse in populum Christianum? quis vel suspicari possit, talem hominem fuisse à Deo electum ad reformandam Ecclesiam, ad emendandos abusos, ad extirpanda vitia? Ego planè evidenter hoc incredibile existimo. Verùm quia multi, cum laudare nequeant vitam, deprædicant præclaram Lutheri doctrinam, licet ex huc usque dictis etiam doctrina evidenter & merito fiat suspecta; nihilominus tamen aliqua perstringam

De perversa Lutheri doctrina.

Dico. 2. Lutherus fuit homo pessimæ doctrinæ. Longum nimis foret omnia Lutheri dicta & scripta, Scripturis, Universali Ecclesiæ, Patribus, & recte rationi adversantia, in medium proferre. Unde aliqua solum ex ejus libris placet excerpere, & ut claris ordinatiusque res fiat, ea ad quinque capita reducere. Ut igitur thesis proposita veritatem demonstrarem, ostendam. 1. Quod Lutherus fuerit Bibliorum corruptor. 2. Homo mendax. 3. Sibi ipsi contradicens. 4. Familiaris diaboli duci-

discipulus. 5. Dogmata tradens, quæ viam ad omnem vitæ licentiam iterant. Itaque

Probatur 1. Lutherus fuit audax & temerarius SS. Bibliorum falsarius & corruptor: ergo ejus doctrina non est à Deo. Antec. Prob. Lutherus non tantum integra volumina ex Canone librorum sacrorum pro libitu suo expunxit, nempe Tobiam, Judith, Sapientiam, Ecclesiasticum, Machabæos, epistolam ad Hebræos, epistolam Judæ, Apocalypsin Joannis; sed etiam, prout ejus velania placitum & rebus ipsius commodare visum fuerat, in varijs locis falsificavit vel addendo vel demendo. Per additionem corruptit textum S. Pauli ad Rom. 3. v. 28. qui sic sonat: *arbitramur justificari hominem per fidem sine operibus legis.* Lutherus in sua versione Germanica addidit voculam *allein* solum, ut sensus esset, *allein* durch den Glauben. Et cum hujus temeritatis causam postularetur, ita à suis responderi voluit: *Wenn euer Papist sich vil unnütz machen will mit d. m. Wort *solum* allein: so sagt ihm sey also: Doctor Martin Luther wills also haben/ und spricht / Papist und Esel seynd ein Ding: sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas &c.* Luther wills also haben/ und spricht/ er sey Doctor über alle Doctor im ganzen Pabstum/ da solts bleiben. tom. 5. Jen. f. 14. Per *Astractionem* corruptit textum S. Petri in 2. ep. c. 1. v. 10. qui sic habet: *quapropter fratres magis sagacitate, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.*

R. P. Pichler Theol. Polemica.

Lutherus sic in Germanicum transtulit: *Darum liebe Brüder thut desto mehr Fleiß euren Veruff und Erwählung best zu machen / omnis verbis per bona opera, durch gute Werck; quia nempe ipsius doctrinæ adversabantur. Tales falsitates, errores, & lapsus Lutheri in versione novi duntaxat Testamenti numerat Emserus ultra sexcentos. En! quam purum Evangelium habeant hi Pseudo-Evangelici! Non minus insolens ac effrons est Lutherus in interpretandis SS. Biblijs. Audi Regulam ipsius, quam tradit to. 3. Witt. f. 143. in Psalm. 5. *Das soll dir ein gewisse Regl und Gesag seyn / wann die Schrift gebiet het / das man ein gut Werck thun soll / solt du es also verstehen / das sie verbiethet / das du solt kein gut Werck thun / seytemahlen du dich nicht vermagst zu thun.* *Vos estis lux Mundi,* Lutherus ira vertit: *Ihr seyd der Dreck in der Latern.* tom. 2. Jen. f. 440. *fac hoc,* Lutherus significat *gläubige das.* tom. 1. Witt. f. 153. Vel sunt ipsi dicta per ironiam, ut sensus sit: *morgen frühe wirst du es thun. ja hinder sich f. 158.**

Simile crimen falsi commisit Lutherus in Symbolo Apostolico, cui pariter nefario ausu violentas manus intulit, dum in Art. 9. in quo Fideles ex perpetua & Apostolica traditione profitentur, se credere *Sanctam Ecclesiam Catholicam* ein heilige Catholische (das ist / Allgemeine) Kirch/ pro *Catholicam* supposuit *Christianam*. *Christliche Kirch/* probe gnarus, novitiam suam ac nimis angustam sectam nec esse

R r r z

nec

nec dici posse Catholicam seu universalem, quia vidit, eam non esse ex omnibus & lingua, & populo, & natione Apoc. 5. licet dici posset Christiana, eò quod profiteatur Christum. Quomodo hos ausus temerarios excusare possit sacrilegus Bibliomastix? quomodo amoliri à se crimen falsi, quod in rebus humanis improbum, & gravissimis poenis obnoxium, in Divinis autem omnino sacrilegum & abominandum? dum in causa controversa violavit publica documenta Scripturæ S. ut sibi potius quam adversæ parti videantur favere. Sententiam ipse Lutherus jam tulit to. 4. f. 393. *Wer ein Theil der Buchstaben (vom Wort Gottes) weg thut / oder ändert / der soll des Teuffels seyn.*

31. Probatum 2. Lutherus fuit hominem mendax, & sapissime convictus mendacij: ergo ejus doctrina nullam meretur fidem, & ubique merito suspecta redditur, vel ipso teste. *Wer einmahl lügt / der ist gewißlich nicht aus Gottes / und verdächtig in allen Dingen.* to. 7. f. 125. quis ergo sibi persuadeat, doctrinam Lutheri ex Deo, & non in omnibus esse suspectam, cum Lutherus non semel, sed sapissime mentitus fuerit? Id quod ostendo.

Unsere Juncker (inquit Lutherus) die Papisten halten Christum im Herzen gar nichts anders / dann für ein Fabel und heydnischen Götzen. to. 1. Witt. præf. 3. Die Papisten sagen / wann man in Christum glaubt / wird man verdammt. to. 1. Witt. f. 84. So wahr Christus Christus ist / so wahr können Mönch und Nonnen nit

Christen seyn. Kirchen, Possibilium Sonntag nach der Himmelfahrt / Virginem Mariam Deum constituunt, omnipotentiam ei in celo & in terra tribuunt. *Ad Evangel. in Fest. Annunt.* Lutherum in his & similibus mendacijs, fabulis, fraudibus strenuè imitati sunt Praecones, dum Catholicos infamant, quasi ligna & saxa non aliter adorarent, ac Ethnici sua Idola, quasi fiduciam suam non ponerent in Christi, sed in proprijs meritis, aliisque sexcenta simplici ac credulo populo proponant, ut odium & aversionem à Religionis Catholicae, ejusque assensibus, praesertim Religiosis. Ut adeò facile adducar ad credendum, quod P. Georgius Gobat, rerum istarum expertus, scripsit tract. 5. Theologo - Juridico c. 23. n. 119. videlicet: *haesim Lutheranam Calvinianamque mendacij, scelestissimisque fabulis, quas de Pontificibus Romanis, Cardinalibus, Clero, Monachis, Jesuitis, comminiscuntur Ministri, quam à falsa interpretatione divinarum paginarum.* Sed veniamus ad Prophetias Lutheri. *Die Welt wird nicht mehr stehen / wann man zehlt 1584. Jahr. Tischreden.* f. 534. Wann man mein Evangelium noch zwey Jahr treiben werde / so wird weder Pabst / Bischoff / Pfaff / Mönch / Nonnen / Closter / Thurn / Meß / und liberal nichts vom Pabstum übrig seyn. to. 2. Jen. f. 59. Plures falsitates & aperta mendacia Lutheri videri possunt apud P. Conradum Vötter in dem *wahrhaftigen Luther / ubi f. 73. addit.*

dit, etiam Lutheranis ita displicuisse tam crassa mendacia, ut multa in posterioribus editionibus librorum Lutheri omiserint, imò ut plures Lutherani Professores & Prædicantes, inter quos etiam est Joannes Flatschius Præco Mansfeldicus, ad Papatum redierint, propter enormia mendacia Lutherum vocitantes *Lugnerum*. Hanc 2. probationem magis adhuc roborabit tertia de Contradictionibus Lutheri. Unde

22. Probatur 3. Lutherus sæpissime sibi ipsi contradixit: ergo sæpissime falsa docuit; ex contradictorijs enim alterutra pars necessariò falsa est. Antec. egregiè probat liber ille Ingolstadij editus anno 1617. cui titulus Evangelischer Weiter Han / qui totus repletus est antilogijs, mit Ja und Nein Lutheri circa eadem objecta. Ex his ego paucas seligo.

Hominem fidelem posse peccare *affirmat* Lutherus to. 7. f. 128. dicens: Ein frum Mensch sündiget in allen Wercken. Et f. 129. Ein gut Werk außs allerbeste gethan ist dannoch ein tägliche Sünd. Idem *negat* to. 6. f. 428. Wer glaubt / der mag nicht Ehebrechen / oder Sünd thun. 2. Hominem justificatum esse verè justum *affirmat* to. 3. f. 127. Das also gleich durch eine Gerechtigkeit / beyde / Gott und wir / gerecht seynd. *Negat* autem to. 4. f. 321. Ich finde nichts reines / heiliges an mir / und allen Menschen / sondern alle unsere Werk nichts anders seynd dann eytel Läuse in einem alten unreinen Pelz &c. Da weder Haut noch

Haar mehr gut ist. 3. Totum & indivisum Christum esse sub qualibet specie Evcharistica *affirmat* to. 7. f. 16. Christus seye nicht Stücklich / sondern ganz / und gänglich unter eines jeglichen Gestalt des Sacraments, das glaube ich auch. Et to. 2. f. 220. Wie die Wort Christi klärlich lauten / nemmet esset / das ist mein Leib. Er spricht nicht / Petre, da friß du mein Finger / Andrea friß du mein Naß / Johannes friß du meine Ohren / &c. sonder es ist mein Leib / dem nemmet und esset &c. ein jeglicher sich unzerstücket. *Negat*, vel saltem dubitat to. 4. f. 391. Wer wills gewiß machen / daß / weil Christus Leib nicht ohne sein Seel seye / darum müsse sein Seel auch im Sacrament seyn? 4. Debere hominem confiteri omnia peccata mortalia, quæ certò cognoscit, *affirmat* to. 7. f. 11. Zum ersten ist vonnöthen / daß der Mensch alle Sünde, die öffentlich Todt Sünde seynd / beichte / und und dieselbe bereue / dann die heimliche Sünd kan niemand wissen. Idem *negat* to. 4. f. 425. Die Erziehung der Sünden soll frey seyn ein jeden / was er erzehlen oder nicht erzehlen will. 5. Matrimonium esse Sacramentum *affirmat* to. 5. f. 122. Des Eheliche Stand ist ein Sacrament, und geistliche Deutung Christi und der Christenheit. *Negat* to. 2. f. 206. Man darf auch kein Sacrament auß der Ehe und Priester. Ampt machen &c. daß die zwey Sacrament bleiben / Tauff und Abendmahl des Herrn. licet to. 2. Lat. Witt. f. 65. tria pro

tempore ponenda esse asserat, Baptis-
mum, Pœnitentiam, & Panem. Et
to. 7. f. 34. etiam Confirmationem ac
Extremam Unctionem vocet Sacra-
menta. 6. Matrimonium omnibus es-
se necessarium *affirmat* to. 6. f. 167.
Als wenig in meiner Macht stehet /
daß ich kein Manns Bild seye / also
wenig stehet es auch bey mir / daß ich
ohn Weib seye. Widerumb auch / also
wenig als in deiner Macht stehet /
daß du kein Weibs Bild seyest / also
wenig stehet es auch bey dir / daß du
ohn Mann seyest. *Negat* to. 8. f. 90.
Wer wolt einen zum Ehestand zwin-
gen / der sein nicht bedarf? Wer
nun so geschickt ist / daß er / wie
Christus sagt / dieses Wort fassen
kann / die bleiben auß dem Ehestand /
und rühmen sich in dem HErrn. 7.
Sanctos esse invocandos tanquam in-
tercessores *affirmat* to. 7. f. 7. Sage
ich und halte fest mit der ganzen Chris-
tenheit / daß man die lieben Heiligen
ehren und anrufen soll / dann wer
mag das widersehten / daß noch heu-
tiges Tags sichtiglich bey der lieben
Heiligen Körper und Gräber Gott
durch seiner Heiligen Nahmen Wun-
der thut? *Negat* to. 4. f. 419. An-
rufen der Heiligen ist auch der An-
ti-Christlichen Mißbreuche einer /
streitet wider den ersten Haupt Arti-
cul / und tilget die Erkandnuß Chris-
ti. 8. Purgatorium esse credendum
affirmat to. 7. f. 7. Von dem Fe-
gefeuer soll man fest glauben / und ich
weiß / daß wahr ist / daß die arme
Seelen unsägliche Pein leyden / und
man ihnen zu helfen schuldig ist mit

Betten / Fasten / Almosen / und
was man vermag. *Negat* to. 4. f.
419. Das Fegfeuer mit allen seinem
Gepränge / Gottes Dienst / und
Gewerbe ist für ein lauter Teuffels
Gespenste zu achten : dann es ist auch
wider den Haupt Articul / daß al-
lein Christus / und nicht Menschen
Werck / den Seelen helfen soll. 9.
Indulgentias Pontificias admittendas
esse *affirmat* to. 9. f. 12. Wer wider
die Wahrheit des Päpstlichen Ablass
redet / der sey ein Fluch und Verma-
ledeyung. *Negat* to. 2. f. 260.
Das Ablass / so die Päpstliche Kirche
hat und gibt / ist eine lästerliche Trü-
gerey. 10. Vota obligare, & ser-
vanda esse *affirmat* to. 6. f. 181. Es
kann niemand läugnen / daß es von
Gott gebotten sey / daß man Gelüb-
de halte / wie die Schrifft sagt: gelobt/
und bezahlt. *Negat* de Captiv. Ba-
byl. Wolte Gott / daß ich möchte
jederman darzu bereden / das ist / daß
gänglich alle Gelübden hinweg gethan
würden / es seyen Gelübden der
Geistlichkeiten / oder Wallfahreten /
oder alle andere Werck / und daß wir
bliben in der Allergeistlichsten und
würcklichsten Freyheit des Taufes.
Finem non facerem; si omnes Lutheri
contradictiones adducere vellem; vido-
ri potest Cochleus, qui de his inte-
grum volumen conscripsit. Imò de so-
la comunione sub una vel utraque spe-
cie triginta sex contradictiones acervat
Casparus Querthamer Saxo laicus vi-
vente adhuc Luthero editas.

Ex ore suo jam condemnemus ser-
vum nequam. Ipse Lutherus f. de
votis

voris Monasticis ait : mendacia certius dignoscere non potes, nisi quando sibi et ipsi contraria sunt ; à Deo enim ita ordinatum est, ut impii semper se ipsos confundant, & quoad mendacia non consonent, sed semper contra semetipos testentur. Rursus ibidem Lutherus contra Emserum ita scripsit : Qui in materia Religionis sibi ipsi aduersatur, & vel in uno tantum articulo mentitur, à Deo non est. Jam tu Lector judica, an ex Deo sit, qui toties sibi contradicit ? an non mendax & impius, qui Deo permittente toties sibi et contrariatur ? Certè ab omnibus retro seculis vix inuenies Scriptorem adeo inconstantem, varium, ac toties sibi et aduersantem, ac Lutherus fuerit.

73. Probatur 4. Lutherus fuit valde familiaris Diabolo, & ejus discipulus : ergo ejus doctrina est diabolica, consequenter pessima. Ant. quoad primam partem ex propria confessione Lutheri constat, asserentis 1. Se plus uno salis modio comedisse cum stygio lavernone. 2. Eum sibi sæpius condormisse quam suam Catharinam. 3. Se, quando diabolum non habet collo affixum, nihil nisi speculativum Theologum esse, &c. uti videre est apud le Roy in Labyrintho c. 13. & alios ; ille citat librum Lutheri de Missa Angulari, Colloquia Mensalia, & tom. 7. pag. 228. Quid igitur mirum, quod Imperator Maximilianus in Comitibus Augustanis anno 1518. publicè prandens viderit demonem formâ corporeâ Lutheri, qui sorte triclinium cum aliis ingrediebatur, humeris incubantem,

idque mox indicasse Pincernæ suo, Baroni Schenck de Eibach. Addiditque Cæsar, hunc Monachum magnas in Imperio turbas, calamitates, & miserrimas gravissimas suscitaturum, ut refert Tilmannus Breidenbachius apud Cæolum Stengelium in rerum Augustanarum Commentario p. 2. c. 64. Francisc. le Roy loco cit. & alij.

14. Altera pars Ant. constat ex illa historia, quam Lutherus ipse suscitè & accuratè scribit Germanico idiomate, & habetur to. 7. VVitt. f. 480. & to. 6. Jen. postea verò hortante Luthero versâ in Latinum per justum Jonam : nimirum acrem disputationem sub medium noctis existisse inter Lutherum ac Diabolum de Missa privata (von der Witten Mess) in qua tandem Lutherus, Doctor ille Doctorum quinque argumentis convictus Diabolo manus eederit, & missam privatam (qua triumphata putabat totum Papatum triumphari in lib. contra Reg. Angl.) abrogaverit. Doctrina itaque Lutheri de Missa privata (præcipua aliqua parte Lutherana sectæ) non est Lutheri, sed Diaboli : nihilominus tamen ad alios Lutheri affectus derivata, ac in ipsam quoque Confessionem Augustanam relata est unâ cum argumentis à diabolo allatis, licet non eodem servato ordine, quo ea descripsit Lutherus. Vid. Tanner. Anatom. p. 1. demonst. 6.

15. Probatur 5. Lutherus docet talia, quæ viam sternunt ad omnem vitæ licentiam : ergo ejus doctrina est pessima. A. probatur afferendo ejus dogmata quæ Latine & quæ Germanicè, quæ sunt hæc & similia

similia 1. Hominem justificari per solam fidem to. 1. Lat. f. 54. Fidem, nisi sit sine ullis etiam minimis operibus, non justificare, imò non esse fidem. to. 1. f. 371. Hominem non damnari propter aliud peccatum, quam propter infidelitatem: vides, inquit l. de Captiv. Babyl. quam dives sit homo Christianus sive baptizatus, quia etiam volens non potest perdere salutem suam quantiscunque peccatis, nisi nolit credere; nulla enim peccata eum possunt damnare, nisi sola incredulitas. 2. Præcepta Dei esse observatu impossibilia. 3. Nullam legem humanam ligare in conscientia. 4. Neminem teneri peccata sua specificè confiteri Sacerdoti; multò minùs debere opus penitentiae suscipere ad delendum peccatum. 5. Omnia hominum, quantumvis laudabilia, opera esse vitiosa, & peccata mortalia. 6. Hominem care relicto arbitrio ad operandum bonum & omittendum malum. Nam ejus thelis 13. to. 1. Lat. f. 55. ita sonat: *liberum arbitrium post peccatum est res de sole titulo, & dum homo facit, quod in se est, peccat mortaliter. Contritio facit hypocritam, imò magis peccatorem* f. 59. *Esto peccator & pecca fortiter, sed fortius fide & gaude in Christo &c. ab hoc non auellet nos peccatum, etiamsi millies uno die fornicemur aut occidamus.* to. 1. Lat. Epist. f. 345. Quàm sanctè quàm pudicè! Dissimulo hujus farinae plura. Audiamus tamen adhuc aliqua idiomate vernaculo.

Erstlich ist zu wissen (inquit to. 5. f. 211. & 217. super caput 20. Exodi)

daß uns Heyden und Christen die 10. Gebott nicht betreffen/ sondern allein die Juden. Sic omnem Dei & Naturæ legem à suis remouet bipedum nequissimus: adeoque Lutheranis non sunt prohibita blasphemia, perjury, adulteria, homicidia &c. quia Decalogus ad ipsos non pertinet. Ulterius: das menschliche Herz muß dem Gesag Gottes / und Gott selber/ über die massen feind seyn. to. 1. witt. f. 189. 190. 200. Laßt uns hüten von den Sünden/ vilmehr aber von guten Wercken/ dann alle gute Werck seynd nichts anders/ als eitle Lauff in einem alten Belß to. 1. Jen. f. 339. Wir sagen also / daß die redt u heiligen Christen müssen gute starke Sünder seyn / und solche verbleiben. to. 4. Witt. f. 305. Ist doch nicht nöthlich/ daß wir uns der geringsten Sünd erwähren möchten / seyntemahlen die Schrift sagt / daß wir des Teufels Gefangene seynd / als unsers Fürsten und Gottes / daß wir thun müssen / was er will / und uns eingibt. to. 2. Witt. f. 266. Gelübd der Keuschheit ist ärger / dann Ehebruch und Unkeuschheit. to. 6. Witt. f. 252. 2. Es ist mein Meynung nit zu sagen / wie man Keuschheit halten soll / sonder wie man es nicht halten könte / noch solle to. 6. Witt. f. 232. b. Spricht einer / es sey ärgerlich geredt. Antwort: Vergernus hin / Vergernus her / es ärgere sich daran die ganze Welt: oder halbe Welt. Noth bricht Eisen. f. 247. b.

Quid opus est multis Lipsæ hic novus Evangelista de se & Doctrina sue
fateo

faceret sequentia 1. Dieser Handel ist nicht umb unsers Herrn Gottes Willen angefangen worden / wird sich auch nit umb unsers Herrn Gottes Willen enden. In dilputatione Lipsiensis cum D. Eckio. 2. Wann Huf einmahl ein Keher gewesen / so seye ich zehenmahl ein Keher. to. 9. f. 120. & 192. 3. Er Gedencke bisweilen / ich wiß schier nit / woran ich bin / ob ich recht predige oder nit. to. 2. Jen. f. 464. Tisch. Red. n. f. 96. 4. Er sey ein Sucht / ein Podagra / ein Fieber / ein Feuer / ein Nussack / to. 6. Witt. f. 475. Ein Huchier f. 451. Ein Schwärmer to. 2. Witt. f. 144. Ein General-Teuffel. to. 6. Jen. f. 360. Ein Maus-Dreck / und daß er den Maus-Dreck unter den Pfeffer menge. to. 1. Jen. In der Vor-Red. Es ist der Teuffels Wesenit / der durch diese (Lutherische) Weis die Leuth dahin führet / daß sie vom Pabst fallen. to. 2. Jen. f. 103. 5. Faterur in Sermon. Conviv. post revelatum Evangelium (Lutheranum) virtutem esse occisam, justitiam oppressam, temperantiam ligatam, veritatem à canibus dilaceratam, fidem clausam, nequitiam quotidianam, devotionem püssam, haresim relictam. Es wird die Welt aus dieser Lehr nur je länger je ärger / seht seynd die Leuth mit sibem Teuffel besessen / da sie zuvor mit einem Teuffel besessen waren / der Teuffel fährt jetzt mit Huffsen in die Leuth / daß sie nur unter dem heilgen Drecht des Evangelij seynd geistiger / listiger / frecher / und ärger / dann zuvor un-

R. P. Pichler Thesol. Polemica,

term Pabstum. In der Haus-Pö-
still in der andern Predig des ersten
Sonntags im Advent. Similia ha-
bet etiam alibi, uti to. 1. Witt. f.
170. 289. &c. Idem advertit Erasmus,
qui in quadam epistola ad Melanch-
thonem sic novos Evangelicos depra-
dicat: hic nobis hoc Evangelium gigan-
tit novum hominum genus, pretra-
ctos, impudentes, fucatos, maledicos,
mendaces, sycophantas, inter se dis-
cordes, nulli commodos, omnibus
incommodos, seditiosos, furiosos &c.
Hæc ille.

Ex quibus omnibus hucusque allatis, quæ dixit, scripsit, & docuit Lutherus, sæpius ea mihi suborta est cogitatio, libros Lutheri (nisi spurca, impura, & obscena passim continerent) non tam prohibendos, quàm omnibus quasi obrudendos esse; quippe vix alio modo facilius fieri posse existimo, ut homines sani judicij magis averfari, contemnere, & odisse inciperent Sectam Lutheranam, quàm si viderent turpitudinem & levitatem Auctoris Lutheri, in ejusdem libris ubique promiscantem; quis enim prudens sibi persuadeat, hominem adeo superbum, maledicum, scurrilem, mendacem, toties sibi ipsi adversantem, blasphemum &c. esse à Deo missum ad reformandam Ecclesiam, qui puram Evangelij doctrinam restauret? &c.

Affertio principalis.

Dico 3. Confessio Augustana nul-
lam prorsus auctoritatem obtinet à
Siss Lu

17.

Luthero, Protoparente suo, sed potius propterea omnem perdit, redditurque evidenter incredibilis. Probatum est evidenter incredibile, quod Deus ad reformandos Ecclesiae mores, & ad nova dogmata introducenda, toti Ecclesiae Universali contraria, eligat hominem, qui non solum Vocationis suae nullum habet authenticum testimonium, sed potius contra se habet plurima, evidentissima, ac certissima signa, notas, characteres hominis profligatissimi, & impostoris pestilentissimi: eiusmodi notae sunt, si eo ipso tempore, quo talis Reformationis officio fungitur, deprehendatur perfidus, perjurus, sacrilegus, blasphemus, superbus, obscenus scurras, Scripturae S. & Symboli Apostolici falsarius, mendax, sibi met contradicens, familiaris diaboli discipulus, dogmata perversa tradens, quae amplam sceleribus portam aperiant. Sed Lutherus fuit talis, in quo reperiebantur haec notae & characteres, & insuper nullum Vocationis suae authenticum testimonium habuit: ergo est evidenter incredibile, Lutherum fuisse à Deo ordinatum ad mores Ecclesiae reformandos, & ad novam fidem introducendam: ergo Confessio Augustana & totus Lutheranismus est evidenter incredibilis. Ma. est per se clara, aliàs quilibet thrafo, etiam si sit extreme malitiosus, se jactare poterit Reformatorem Ecclesiae, & à Deo missum ad novam Religionem eundam. Mi. quoad primum membrum factis probata est haecenus: quoad secundum probatur nunc, quod scilicet nullum vocationis suae authenticum testi-

monium habuerit, quo se probaret à Deo missum.

Lutherus nec immediatam vocationem, qua extraordinariè & immediatè ab ipso Deo, nec mediatam, qua modo ordinatio per legitimos Ecclesiae Praelatos fuisset vocatus, probare potuit authenticè: ergo nullum habuit testimonium authenticum suae vocationis, quod tamen requiritur; aliàs merito contemnitur & rejicitur tanquam impostor; nec Deus Legatum ad tantum opus mittere potest, nisi legitimo characterè, ex quo dignosci possit, ipsum insigniat. Aut. prob. *immediatam* & extraordinariam vocationem, qualem habuit Moyses & alij Prophetae, debuisset probare vel per miracula, vel per insignem vitae sanctimoniam: sed Lutherus nec fecit miracula, nec insigni vitae sanctimoniam claruit: ergo. *Mediatam* & ordinariam probare non potuit, quia à legitimis Ecclesiae Praelatis non tantum non missus fuit ad munus taliter docendi & reformandi, sed etiam omnino à fidelium comunione tanquam perduellis exclusus, & excommunicatus. Accedit, quod nulla dari possit vocatio ad novam fidem introducendam repudiata veteri, cum vera Christi Ecclesia debeat esse perpetua (ut fateretur Confessio Augustana) & indefectibilis in rebus fidei. Quin, etiam supposito, quod defectibilis esset, nulla dari posset vocatio humana ad eam reformandam, cum talis reformatio esset opus omnem ordinariam potestatem, ab hominibus concedi solitam, longè transcendens. Unde non mirum, quod ipse Lutherus, licet aliàs non mul-

maledum scrupulosus, de sua vocatione scrupulos passus sit. Der Teuffel kan uns sein fürwerffen (inquit to. 2. Jen. f. 49. & in Sympol. f. 256.) und mit den Gedancken plagen: ja wahrlich ihr prediget das Evangelium / wer hats aber geheissen? Wer hat euch beruffen? Und sonderlich auf diese Weis: wie es kein Mensch in so vil hundert Jahren nit gelehrt hat. Wie wann es GOTT nicht gefiehl / und ihr wäret also schuldig an so vil der Seelen Verdammnuß? Sed & remortum conscientia passus est propter sceleratam vitam suam, etiam inter pocula; auditus enim est aliquando, de convivio quodam paulisper abscedens, sic seipsum alloqui, ventrem manu pulsitans: *Martine Martine, hic quidem sat bene sic agitur: sed quid post hac futurum est?* Ita refert Joan. David in Verid. Christiano cap. 100.

Ex quibus omnibus ita fit manifestum, Lutherum non tradidisse doctrinam sanam, nec purum Evangelium aufcitasse, ut coram Deo inexcusabiles sint omnes, qui Lutheranismi, aut alij inde pullulantibus Sectis adherent; cum inauditum, Deoque insolitum sit, ac indecens, hominem adeo spurcum, insolentem, sceleratam eligere in Prophetam & Apostolum suum, per quem veritatis fundat oracula, Scripturae mysteria hominibus aperiat, peccata populi corrigat, & totam Ecclesiam reformet. Deus liquidem prophetas suos prius puros & sanctos efficit, hinc in utero matris adhuc sanctificat, ut Hieremiam & Joannem Baptistam, quos mittit ad puram fidei doctrinam, & vitæ sancti-

tatem promovendam in alijs. Unde inane est solatium, quo aliqui se laetant doctrinæ Lutheri, quam bonam esse & in Scripturis fundatam asserunt, licet ipsimet detestentur ejus vitam. Inane, inquam, hoc est solatium; quippe, præterquam quoddam doctrina nec hilo melior sit vitæ Lutheri, ut palam fecimus, eo ipso, quod Auctor fuerit tam turpis, nec ullo divinæ Missionis caractere insignitus, etiam doctrina redditur merito suspecta, & prudenter incredibilis saltem secundum ea, quæ sunt contra SS. Patres & Universalem Ecclesiam.

Perpendant, quæso, Lutherani illud D. Pauli textum, in quo graphicè describit falsos prophetas & pseudo-apostolos, seu hæretarchas. *Novissimis diebus*, inquit 2. Tim. 3. *instabunt tempora periculosa, & erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus (legitimis Superioribus) non obediētes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, inconstantes, immites, sine benignitate proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes.* Perpendant, inquam, hunc textum, & dispiciant sincero oculo, utrum non omnia verba quadrent Luthero, nisi fortè nec speciem pietatis ei velint reliquam. Perpendant quoque illud 1. Tim. 4. *in novissimis diebus discedent quidam à fide attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum.* An non Lutherus discessit à fide, & attendit doctrinæ diaboli? Et hujusmodi homo sit Reformator Ecclesie Dei,

Dei, ac instaurator puri Evangelij? Credit Judæus Apella.

20. Objiciunt Lutherani 1. circa vitam Lutheri. Etiam apud Catholicos fuerunt multi improbi Papæ, scelesti Episcopi, & pessimi Sacerdotes: ergo si mala vita Doctorum obest sanæ doctrinæ, neque Catholici habent sanam & veram doctrinam. R. N. Conf. & paritatem: nam scelerati Pastores & Doctores Catholici non fuerunt auctores & primi fundatores Ecclesiæ Catholicæ, Lutherus autem fuit auctor & fundator Ecclesiæ Lutheranae. Pastores & Praelati Catholici etiam scelerati possunt probare suam vocationem, quam habent, ordinariam & mediatam per continuam successionem Pontificum, Episcoporum, à quibus ordinantur ad munus docendi &c. Lutherus autem non potest probare suam vocationem, nec ordinariam & mediatam nec extraordinariam & immediatam, quam neutram habuit. De Catholicis Doctoribus malis, qui persistunt in doctrinâ Majoribus accepta, scriptum est: *super Cathedram Moysis sederunt Scribae & Pharisei; omnia, quaecunque dixerint vobis, servate & facite, secundum opera vero illorum nolite facere.* De Luthero hæc dici non possunt, quia probari non potest, quod promotus sit ad Cathedram Moysis, vel potius Christi & Apostolorum tanquam verus successor, quod si sit vocatus ad aliter docendam, quam Successores legitimi Apostolorum, & Doctores ritè vocati.

21. Objiciunt 2. Circa doctrinam Lutheri. Lutherus initio fuit adhuc semipapista, adhuc imperfectus, necdum

plenè illuminatus: ergo si aliqua peccatam docuit primis suæ Reformationis annis, præjudicare ea non debent posterioribus ejus doctrinis, quando plus jam haurit luminis. Facileque ipsi indulgendum, cum Reformationis opus fuerit prorsus difficile, si sub tanto onere contigit quandoque fatiscere, antequam majores à Deo vires acceperit. R. hoc effugium esse omnino vanum & ridiculum. 1. Quia est contra morem Dei mittere Prophetam nondum satis illuminatum ad tollendos errores, & ab erroribus nondum liberatum. 2. Quia sic Lutherus saltem primis annis falsam ac damnabilem doctrinam tradidit, atque sic multa animarum millia pervertit, ac in exitium traxit. 3. Quia non constat, quo tempore Lutherus fuerit plenè illuminatus, & ab omni errore liberatus: quid si id nunquam factum esset? certè quamdiu vixit, sibi contradixit, & mutavit, probabiliter mutaturus diutiùs, si vita superstes fuisset. 4. Quia Lutherus ipse contra hanc excusationem protestatur to. 2. f. 106. ubi omnes arguit mendacij, qui prætendunt, eum initio nimis fuisse Papatui, & docuisse errores, cum sciat, sua dogmata se accepisse è cælo, & nunquam fuisse immutata, nec unquam à se immutanda. Igitur Lutherus vel hic mentitur, vel malè excusatur à suis. 5. Quem Deus mittit ad aliquem finem, ipsi dat etiam sufficientia media: consequenter quem mittit ad munus docendi alios & reformandi, hunc instruit sufficienti lumine, sufficienti sanctorum testimonia, & viribus: cum ergo Lu-
the;

therus his destitutus fuerit initio, uti fatentur Lutherani, initio non fuit misus & vocatus à Deo. Jam probare ipse incumbit, an & quando deinceps à Deo illuminari & vocari captus sit; quod erit admodum difficile. 6. Aliud est à Deo non revelari simul omne verum, aliud revelari falsum: prius non est necesse, posterius est impossibile. Cum igitur ex contradictorijs semper alterutrum necessarium sit falsum, cogita, quoties falsum docuerit Lutherus tanquam sibi revelatum à Deo. Quisquis igitur defendis Lutherum, dicendo, eum primis annis à Spiritu S. non satis exarsitum, dedolatum, & edoctum fuisse, ridiculum facis Evangelistam tuum, eumque simul ac causam tuam penitus jugulas.

21. Ob. 3. Est contra Pacem Religionis ita traducere Lutherum; cum in Romano Imperio tolerantur ejus Asectæ: ergo R. N. Ant. & ejus suppositum, quod sit traducere Lutherum, si ipsius vita ac doctrina, à Lutero ipso & Lutheranis edita, & descripta, sine dolo & falsitate referatur, præsertim si id fiat ex justa causa, ad detegendam falsitatem Sectæ, non animo sugillandi Sectatores illius: quippe si pateat, qualis fuerit Lutherus, quæ ejus doctrina, quam sceleratus ille, quam impia hæc & falsa, simul efficaciter refutatur

Lutheranismus, quem refutare utique non est contra Pacem Religionis. Utique Carolus V. & Status Imperij non traduxerunt Lutherum, dum in Comitibus Wormatiensibus perverfos illius mores & dogmata graphicè descriperunt, eumque tanquam hæreticum damnarunt, ut videre est in Recepto referendo Art. seq. Utique Lutherani, dum in lucem edunt vel ediderunt vitam Lutheri ac illius doctrinam propugnant, non fatebuntur se traducere aut traduxisse Lutherum, & peccasse contra Pacem Religionis. Viderint potius ipsi, quomodo à calumnijs & violatione Pacis se excusent, dum Romanum Pontificem, Pastorem summum, etiam Imperatoris & Principum, identidem vocitant Antichristum, ac Catholicos arguunt Idololatriæ, & nescio quæ falsa ipsis impingunt per enormia & aperta mendacia, per summam impudentiam. Utinam ipsi pari, qua ego per totum librum usus fui in eorum erroribus confutandis, uterentur modestiâ in opugnanda veritate Catholica. Lutherum oportuit talem depingere, qualis est, ne forte imperiti putent, ab hoc viro *pretioso* (theuren Mann/ ut vocant) Confessioni Augustanæ auctoritatè conciliari, cujusmodi auctoritatè conciliant Ecclesie Catholicæ viri sanctitate eximia imò prodigiosa conspicui.

ARTICULUS III.

An Confessio Augustana sufficientem auctoritatem obtineat à Carolo V. Imperatore, cui fuit exhibita?

SUMMARIUM.

1. Imperiti quidam Lutherani nescio quam auctoritatem tribuere volunt suae Confessioni à Carolo V. à quo approbatam fuisse putant.
2. & 3. Sed vanè.
4. Quanta fidei sit Sleidanus Historicus?
5. Refertur origo Lutheranismi.
6. Et Lutheri ficta palinodia.
7. Carolus V. Lutherum & ejus doctrinam ex animo detestatus est, ut patet ex Edicto Wormatiensi, cujus precipua puncta recitantur.
8. Pariter detestatus est doctrinam Confessionis Augustanae, ut patet ex Edicto Augustano, quod totum recitatur.
9. Propter Lutheranum Schisma celebrati sunt. 14. Conventus Sicutum Imperij.
10. Protestantes celebrarunt alios separatos, unde fedus & bellum Smalcaldicum, in quo captus Elector Saxoniae, & Landgravius Hassia à Carolo.
11. Prodit libellus Interim, & Mauritius Saxo post paucos annos conversus in Caesarem armis Victor Pacem Religionis Passavij extorquet.
12. Ubi tamen non approbata, sed permessa est, & tolerari coacta in Romano Imperio Confessio Augustana.

I. Sciendum 1. haud paucos ex plebe Lutherana gloriari, Carolum V. Imperatorem approbasse oblatam sibi Confessionem Augustanam, tamquam habuisse, saepius se hic loci audivisse. Stabat vir quidam peregrinus & toti Civitati notissimus, ante paucos annos defunctus. Quin eo impudentia Norimbergenses devenisse intellexi, ut Biblia ediderint, in quorum calce exhibetur Carolo Confessio Augustana cum hac serè epigraphè: Hier übertrumbt Carolus der V. die Augspurgisch Con-

fession, in welcher Er gelebt und abgetruckt hat. Quod factum quam audax, impudens, tanto Principi totique Domui Austriacae injuriosum sit, nemo non videt, qui aliquid videt. Et quam falsò hæc spargantur in vulgus, quantaque injurià, demonstratum nunc eo.

Sciendum 2. Carolum non minus à vitâ Religione, quam rarâ fortitudine, verè invictissimum Principem, non solum novitatibus Lutheri & assecularum se semper opposuisse, verum etiam in

Comi-

Comitijs Wormatiensibus publico decreto damnasse Lutherum ejusque doctrinam tanquam hæreticam & scandalosam, atque ex Romano Imperio proscriptisse, libris illius Vulcano adjudicatis. Verba hujus Edicti recitabo infra in probatione, cum ea Sleidanus pro fidelitate sua nequiter dissimulaverit.

3. Sciendum 3. Simile Decretum in ipsis Comitijs, in quibus Augustana Confessio cusa & oblata est, anno 1530. contra Lutherum & Protestantes factum, & 19. Nov. publicarum esse; licet ante diem hujus Promulgationis, ne scilicet eam audire cogentur, plerique Protestantium Principes Augustana discesserint, vel pudore vel irâ stimulante, quod causa cecidissent. Quippe denno nova Lutheri doctrina proscripta, & simul ipsa Confessio rejecta & damnata fuerat; atque hoc Edictum in suo vigore permanit usque ad annum 1548. imò 1552.

4. Sciendum 4. Ipsum Sleidanum, ut ut aliàs nimis faventem Protestantibus (non sine veritatis præjudicio, quæ tamen deberet esse prima dos Historici) fateri, in Comitijs Augustanis, quo tempore nata in mundum prodijt, adeoque quasi in primis incunabilis damnatam esse Confessionem. Utinam omnino extincta fuisset! De quo Sleidano, quia mentio incidit, notari velim, eam, licet Lutheranis sit alter Livius, omniumque manibus teratur, exigua tamen auctoritatis esse, præsertim in ijs, quæ circa Religionem narrat; cum Historiam suam tot mendacijs repleverit, ut teste Florim. Ramundo ab uno homine undecim eorum millia notata sunt.

Quo factum, ut Carolus V. quo vivente scripta erat, quando Sleidani Historiam cupiebat inspicere, Pseustem suam sive Mendacem sibi porrigi juberet. Id præcipue spectabat Sleidanus, ut hæresim pulchris & astute quæsitis coloribus fucata ita pingeret, ut immaculata Christi sponsa saltem simplicioribus videri posset. Qui igitur Lutherani Schismatis originem, & causas sincere desiderat nosse, non Sleidani, sed potius Henrici Regis Angliæ, Georgii Ducis Saxonie, Henrici Ducis Brunsvicensis, Thomæ Mori, Surij, Eckij, Holij, Cochlæi, Gropperi, Scaliorum, quorum vita præbior, & fides integrior, libros consulat. Multum sanè interest errorum natales probè novisse; nam juxta Hieronymi effatum *hæresim refutat, quisquis originem ejus demonstrat.* Unde

Sciendum 5. Schismatis Lutherani originem à Florim. Ram. ita narrari. Primis sæculi decimi quinti lustris Celimus Turcarum Imperator, non minus felix continuis victorijs, quam terrox feralibus minis, Orientem pariter & Occidentem ingenti terrore perculsum contremefecit, toti Christianitati extremam perniciem intentans. Quare Leo X. Romanus & Summus Ecclesie Antistes pro paterna sua sollicitudine precibus & publicis jejunijs DEI Misericordiam ardentè imploratâ Legatos misit ad Christianos Principes (factionibus tum distractos) eosque ad pacem inter se, & ad sacram contra Turcas expeditionem totis viribus cohortatus est, & utrumque ab obsequentibus filijs feliciter obtinuit. Ne verò pecunia, bellinervus, decisset, idem Leo Imperatoris

toris & aliorum Principum rogatu Jubileum per omnes Christianas Provincias promulgari voluit, ut nempe devoti fideles elemosynis suis & quasi Contributione quadam, non Pontificis ærarium, ut hæretici mentiuntur, sed susceptum contra juratos Christianorum hostes bellum adjuverent.

Hanc Indulgentiarum Bullam, quàm *Cruciata* appellant, prædicandi per Germaniam, populumque ad sacram Contributionem exhortandi provincia 1517. demandata est Joanni Tezelio Dominicano ab Alberto Brandeburgico, Archiepiscopo Moguntino, cui hæc potestas à S. Sede facta fuerat. Verùm hanc spartam honorificam Dominicanis concessam non ad sui tantum, sed etiam ad totius Ordinis contemptum, & injuriam pertinere interpretatus est Joannes Staupitius sanctissimi Ordinis Eremitarum S. Augustini Generalis Vicarius, vir nobili genere natus, & qui longo jam tempore id muneris in Germania obire consueverat. Proinde ex hac æmulatione quasi ex attritu lapidum primum infausta illæ excutiebantur scintilla, ex quibus postea tam lamentabile incendium Christiana Reipublicæ exortum est. Quippe Lutherus à Staupitio ad munus concionandi destinatus (cujus postea Staupitium sæpius pœnituit) ambitione tumidus, invidiâ percitus, suggestum conscendit, & instar fera, cavèa emissæ, nunc huc nunc illuc discurrens, abusus Indulgentiarum, Prædicatorum fraudes, quarum ipsos insimulabat, pro concione quàm odiosissimè perstringere & exagitare cepit, ridicula e-

tiam, ut erat ingenio festivo & mordaci, nonnunquam intermiscens, ita tamen, ut non rarè verba aliqua ipsi exciderent, quibus non solum S. Romanæ Sedis dignitas violabatur, verùm etiam supremi Ecclesiæ Capitis potestas vocabatur in dubium. Indulgentiarum Prædicatores passim avaritiæ & fedi quæstus, universum verò Ecclesiasticum Ordinem negligentia, desidia, & ignorantia arguit publicè. Inter alia scriptis ad Archiepiscopum Moguntinum deserebat Indulgentiarum Præcones, quòd ad populum profiteri non erubescerent, eodem momento, quo argenti in pelviam conjecti sonus audiretur, animas è Purgatorio evolare &c. Theses etiam publicas contra Indulgentias Wittenbergæ affixit. Ex adverso Tezelius suas & ipse theses publicavit, atque Luthero egregiè respondit, tam impiger ad se munusque suum defendendum, quàm audax fuerat Lutherus ad criminandum.

Primis his motibus statim sese immiscuit potentissimus Germaniæ Princeps Fridericus Dux Saxonie, tam quòd Moguntino in Archiepiscopatus Magdeburgici petitione fuisset posthabitus, tam etiam quòd Ecclesiasticorum magnitudini & opibus invideret. Is proinde Lutherum ejusque partes fovens animos, & stimulos addidit spontè currenti Luthero, ut Indulgentiarum quæstoribus, ut dicebat, sese pergeret acriter opponere, etiam promisso suo favore & auxilio. Cùmque Lutherus propter suas propositiones tum scandalosissimum hæreticum (quippe disputatio de Indulgentiarum abusa mox alias secum traxit.

traxit in quibus Papæ reddebatur dubia Indulgentias dispensandi potestas, bonis operibus negabatur meritum & vis satisfactoria &c.) Romam citatus fuisset, hic ipse Fridericus scriptis ad Pontificem literis pro eo intercessit, tantumque effecit, ut causa illius Legato Pontificio Thomæ Cajetano Cardinali commissa fuerit ventilanda, ad quem Lutherus comitante Staupitio Augustam Vindelicorum anno 1518. profectus est, ubi longa oratione innocentiam suam Cardinali demonstrare aggressus protestabatur, se nunquam ab Ecclesiæ unitate seu communione dilcessurum. Imò coram Notario & quatuor Consiliarijs Imperatoris Maximiliani, qui tum in Comitibus aderat, sequentia verba è schedula legebat: *ego frater Martinus Lutherus Ord. S. Aug. protestor, quod revereor & sequor sanctam Romanam Ecclesiam in omnibus meis factis & dictis presentibus, præteritis, & futuris. Quid si mihi excidit, aut siquid contrarium dixi, volo & rogo id pro non dicto haberi.* Hanc palinodiam & revocationem licet dissimulet Sleidanus, & Lutherani negent, facta tamen est, quamvis animo non sincero, ut effectus docuit moxsecutus: nam Lutherus, cum videret simulationem suam à Judicibus notari, veritus, ne posthabitis salvi-Conductibus literis captivus detineretur, intempesta nocte clanculum per angustam portam urbe Augustana excessit, erupit, evasit. Sed brevi post iterum evocatus est Romam, ut Sedi Apostolicæ responderet super sua doctrina; verum, quia causa suæ diffi-

R. P. Pichler Theol. Polemica.

cus carceres timebat & rogos, nisi palinodiam caneret, ad futurum Concilium provocavit, Saxonis interea protectus tutelâ. Lentis interim remedijs utebatur Germania, imò vix utebatur ad arcenda, quæ tum satis æstimare non noverat, imminetia sibi damna & calamitates: nimirum nimis secuta & quieti diurnæ assueta, quid rebellio esset, ignorabat, contempto etiam periculo, quod inermis sui que impotens Monachus creare videbatur, Deo nempe gravissima Cleri populique Christiani scelera, quæ tum grassabantur, hunc in modum severe quidem, sed justè tamen castigante. Sed quid quid sit, saltem Carolus V. Imperator & piissimus Princeps seriò detestatus & persecutus est Lutherum ejusque Sectam. Unde

Dico 1. Carolus V. Lutherum ejusque doctrinam ex animo detestatus & acriter persecutus est. Optima hujus assertionis probatio est ipsum Edictum Wormatiense, jussu Caroli anno 1521. promulgatum, ex quo recitare placet sequentia. Sanè vestrum, neminem ignorare existimamus, quibus erroribus & heresibus, ab Orthodoxa fide longè alienis, quidam frater Martinus Luther, Ordinis S. Augustini, Religionem Christianam in hac præfertim inclyta Germanica natione, omnis infidelitatis & heresum perpetua oppugnatrix, ita infere conetur, ut nisi maturè occurratur, tota hæc Natio, & deinde, serpen-
te contagione, univèrsa Christiana Respublica, in abominandum Schisma, & bonorum morum, pacis-
que

T t t t

que

que, ac tandem detestandam sui per-
niciem, prolapsura videatur. Qua-
propter non immeritò commotus
Sanctissimus in Christo Pater Dominus
Leo X. Sacrosanctæ Romanæ & Uni-
versalis Ecclesiæ Summus Ponti-
fex, ad quem Fidem Catholicam &
Ecclesiæ Sacramenta curate spectat,
prædictum Martinum à principio ele-
menter & paternè monuit, & hor-
tatus est, ut à nefandis hujusmodi
inceptis desisteret, & jam sparsos er-
rores revocaret. Quòd cum illene-
glexisset, & pejora super prioribus ad-
deret: idem Beatissimus Pater ad op-
portuna, neque tamen insueta, re-
media procedere statuit. Itaque &c.
Post quas quidem prædicto Martino
factas à Summo Pontifice monitionem,
vocationem, citationem, & ipsius
tandem condemnationem, nec non
præsentatas nobis ejusdem Beatissimi
Patris litteras, Bullamque Apostoli-
cam, per varia & diversa loca Ger-
maniæ publicatam, & nostro jussu
& mandato, non solum Lovanii, in
Inferioribus Dominijs nostris, verum
& Colonia, Treviris, Moguntia,
Leodij, executioni demandatam, tan-
tùm absuit, ut idem Martinus resi-
pisceret, errataque sua revocaret,
& petitâ Absolutionis veniâ, in gra-
tiam cum Summo Pontifice & san-
cta Ecclesia redire procuraret, ut e-
tiam detestabiliores perverfi ingenij
sui fructus indies ederet, & perinde
ac in manifestam Ecclesiæ perniciem
furens rueret, complures acervatim
libros, non modò navarum, sed e-
tiam à sanctis Concilijs olim condem-

natarum hæresum plenos, nec solum
Latino, verum etiam, ut faciliùs vul-
gus perverteret, Alemannico sermone,
à se compositos, vel saltem suo no-
mine editos, ferè quotidie divulga-
ret. In quibus (bone Deus!) ob-
servatum ab Ecclesia jam tot sæculis,
septem Sacramentorum numerum,
ordinem, usum dissipat, confundit,
inviolatas Matrimonij leges miris mo-
dis scdissimè inficit: Extremam Un-
ctionem cum Wicleffo fictionem di-
cit: communicandæ sacratissimæ E-
ucharistiæ ritum ad damnata Bohemo-
rum revocat instituta &c. Obedi-
entiam & regimen omne prorsus tol-
lit. Unde populi ad defectionem &
rebellionem à suis tam spiritualibus,
quàm temporalibus Dominis facien-
dam, ad rapinas, cædes, incendia,
cum magno & manifesto Christianæ
Reipublicæ discrimine provocentur.
Quin imò, quum vitam quandam
solutam, licentiosam, atque ab omni
lege explicitam, & verè ferinam in-
ducere conetur, ita exlex homo le-
ges ipsas omnes damnat & contem-
nit, ut decreta SS. Patrum & sacros
Canones publico igni comburere non
formidaverit, facturus peiora Civili
Juri, si non magis Sæculi gladium,
quàm Pontificis ex communicationes,
& censuras metuisset &c. In tantam
que prorupit mentis vesaniam, ut, si
semel Joannes Huss fuerit hæreticus,
se plus decies hæreticum Martinus,
glorietur, homo usque adèdò nova-
rum rerum, ac potiùs perditionis hu-
manæ cupidus, ut nihil ferè scripserit,
vel saltem suo nomine divulgaverit,

„cui non aliqua pestis, aliquis lethalis
 „insit aculeus: præter illos libros, ne
 „nominandos quidem ob execrandam
 „eorum materiam, ipsius tamen titu-
 „lo editos, & ab eo cum reliquis ut
 „suis agnitos, quorum singula verba
 „singula venena merito quis dicat. Et
 „ne omnia, quæ innumerabilia sunt,
 „Lutheri errata singulatim percontan-
 „tur, tanquasi hic unus, non homo, sed
 „diabolus ipse, sub hominis specie,
 „ad perniciem humani generis, assu-
 „mpta Monachi cuculla, quam plurimo-
 „rum damnatissimas hæreses, jam diu
 „sepultas, in unam sententiam con-
 „gesserit, & aliquas etiam novissimè de
 „suo cogitaverit, sub simulata præ-
 „dicatione fidei, quam ad prætextos
 „suis dolos tam sæpe, tantòq; opere ob-
 „ijcit: fidem veram profus destruit sub
 „libertatis, quam promittit, specie:
 „diaboli jugum & servitutem inducit,
 „& sub Evangelicæ professionis nomi-
 „ne omnem Evangelicam pacem & cha-
 „ritatem, omnemque rerum ordinem,
 „& pulcherrimam denique rotas Ec-
 „clesiæ faciem invertere, labefactare, &
 „penitus pessundare molitur.

„Quibus omnibus per Nos & Con-
 „cilia nostra omnium nationum nobis
 „subditarum sapiens & diligenter atten-
 „tis & consideratis, & præsertim in hac
 „parte ab eodem Beatissimo Patre re-
 „quisiti &c. convocatis sæpius ad præ-
 „sentiam nostram, propter hoc præci-
 „puè, Electoribus, nec non universis
 „Sacri Romani Imperij Ordinibus &
 „Statibus, in hoc wormatiensi Con-
 „ventu congregatis, de eorum omnium
 „& singulorum unanimi consilio, ma-

R. P. Pichler Theol. Polemica.

„tura deliberatione & consensu in hanc,
 „tandem devenimus sententiam & con-
 „clusionem. Ut quamvis hominem,
 „ita à Summo Pontifice & Sede Apo-
 „stolica condemnatum, & in sua ob-
 „stinata perversitate obduratum, atque,
 „ab usu Catholicæ Ecclesiæ alienum, &
 „Notorium hæreticum audire, omni-
 „jure exceptum esset: tamen ad tollen-
 „dam omnem cavillandi ansam (id-
 „que quia nonnulli, plerosque libros,
 „Martino adscriptos ipsius esse, aper-
 „tissimè inficiabantur) compluribus au-
 „diendum, à nobis prius hominem &c.
 „non ut nos de hoc negotio judicare
 „mus, aut cognosceremus (quum id-
 „tubio procul ad Romanam Pontifi-
 „cem & Sedem Apostolicam pertineat),
 „nec ut res sacrosancta fidei nostræ
 „nunctandem, post tot sæcula per no-
 „vas altercationes, cum magno fide-
 „lium scandalo & perturbatione, ac
 „infidelium derisione, in controver-
 „siam revocari pateremur: sed ut cum
 „vulgi & plurimorum ita petentium sa-
 „tisfactione, hominis animum pet-
 „contantes, eum bonis monitionibus &
 „suasionibus, ad rectam semitam, (si
 „fieri posset) reduceremus. Itaque,
 „&c. Sed ne verbum quidem in suis
 „libris mutaturum, impudentibus ver-
 „bis, orisque & corporis gestu, quod-
 „vis potius, quàm Religiosum aut sa-
 „num hominem præ se ferente, aper-
 „tissimè negavit. Quin imò in no-
 „stram & sacri Imperij faciem summo-
 „rum Decreta Pontificum, & Conci-
 „lia ipsa sacrosancta errasse sæpius, &
 „sibi ipsis contradixisse, & tandè nullus
 „apud se momenti fore asseveravit &c.

T t t t 2 His

„ His omnibus & singulis sic o-
 „ mmino , ut præmittitur , se habenti-
 „ bus , quum prædictus Martinus , tam
 „ perversè & obstinatè in suis aded
 „ manifestè hæreticis opinionibus per-
 „ sisteret , ut ab omnibus ijs , qui sa-
 „ piunt , partim demens , partim etiam
 „ malo aliquo obsessus spiritu judica-
 „ retur &c. in hunc , qui sequitur , mo-
 „ dum procedere decrevimus. Pri-
 „ mum &c. exequendo Sanctissimi Do-
 „ mini nostri Papæ , veri in hac parte
 „ Judicis , sententiam , decretum , &
 „ condemnationem in litteris Aposto-
 „ licis , ad nos directis , contentam,
 „ Martinum Lutherum , ut membrum
 „ ab Ecclesia Dei abalienatum , ut ob-
 „ stinatum Schismaticum , & Notori-
 „ um hæreticum , à nobis haberi de-
 „ claramus , & ut talem à vobis omni-
 „ bus & singulis habendum decerni-
 „ mus , & edicimus , mandantes de
 „ eorundem Statuum consilio & con-
 „ sensu , sub criminis læsæ Majestatis ,
 „ nostræque & Sacri Imperij gravissi-
 „ mæ indignationis , ac etiam amissio-
 „ nis feudorum , dominiorum , & bo-
 „ norum omnium , gratiarum quoque
 „ & omnium privilegiorum , à Nobis
 „ & Sacro Imperio dependentium &c.
 „ nec non Proscriptionis , ac Banni , &
 „ Interdicti imperialis pœnis , ne quis
 „ Vestrum præfatum Martinum Luthe-
 „ rum receptare , defendere , susten-
 „ tare , fovere dicto , facto , aut scrip-
 „ to præsumat. Quinimo post elap-
 „ sum supradictum viginti dierum ter-
 „ minum contra eum , ubicunque
 „ deprehensus fuerit , & in manu aut
 „ facultate vestra erit , juxta formam

Imperialis Banni procedatis , vel saltem
 personaliter captum tam diu custo-
 diatis , donec &c. Et nihilo minus
 ejusdem Martini complices , adharen-
 tes , receptatores , & quomodolibet
 fautores , & sectatores (nisi se ini-
 quitatis semitam deseruisse , & aucto-
 ritate Apostolica absolutionis reme-
 dium consecutos esse fidem condig-
 nam fecerint) nec non eorum omnia
 & singula bona mobilia & immobilia
 juxta sacras constitutiones , ac Interdi-
 ctum & Banni Imperialis legem & or-
 dinem , liberè & absque ulla contra-
 dictione prosequamini , illòsque & illa ca-
 piatis , & in usus vestros optimo & pleno
 jure convertatis. Mandamus insuper vo-
 bis omnibus & singulis præfatis sub
 iisdem prænominatis pœnis , ne quis
 Martini Lutheri scripta à Summo Pon-
 tifice authoritate sua Apostolica dam-
 nata &c. aut alia ab eo hætenus com-
 posita , vel imposterum componenda ,
 utpote mala , suspecta , & à Notorio
 & pervicacissimo hæretico provenien-
 tia emere , vendere , tenere , legere ,
 describere , imprimere , aut describi
 vel imprimi facere , asserere , susten-
 tare , prædicare , defendere , præsu-
 mat &c. hujuscemodi pestiferos
 Martini libros , tam Alemanni
 cos quam Latinos , impressos & impri-
 mendos , aut etiam manuscriptos , ubi-
 bicunque reperiantur (utpote magna
 seditionis , schismatis , & hæreseos in
 Ecclesia Dei fomites) diripiendos &
 publico igni consumendos , penitus
 que abolendos cum effectu curetis
 &c.

Ex quibus utique patet, quo animo fuerit Carolus erga Lutherum & Lutheranismum. Videamus nunc, quomodo affectus fuerit Confessioni Augustanæ, ut cessent rerum ignari auctoritatem illi arrogare ab Invictissimo Imperatore & Catholico Rege Carolo, pudore suæ temeritatis suffusi.

8. Dico 2. Carolus V. nunquam approbavit Confessionem Augustanam, sed potius damnavit in iisdem Comitibus, in quibus nata, & sibi exhibita est, additis gravissimis minis in eos, qui ei adherere pergerent. Claris verbis hoc fatetur ipse Melanchthon illius Compiler, dum l. Epist. ad Joannem Obenburger Imperatoris Caroli Secretarium ita lamentatur: *In Comitibus Augustanis vixisti & atroci sententia damnati sumus.* Sed optima probatio erit ipsum Decretum hinc Comitibus publicatum, quod ex Georgio Cœlestino Confessionista de verbo ad verbum recito, audire:

„ Quinto post die, præsentè Cæsare, Decretum recitatur in omnium Ordinum cætu, & post multam enumerationem totius actionis Cæsar statuit, ne tolerentur, qui de Cœna Domini secus, quàm huc usque servatum sit, docent, ne quid in Missis, vel Communi vel Privata mutetur, ut Chrismate pueri confirmentur, & ægrorantes oleo consecrato inungantur: imagines atque statuae minime removeantur, & quibus in locis ablatae sunt, ibi restituantur. Eorum opinio, qui liberum esse negant hominis arbitrium, nequaquam recipiatur,

quod & pecunia sit & in Deum etiam, contumeliosa, Nihil omnino doceatur, quod ulla ratione Magistratus, imminuere possit dignitatem: dogma illud de sola fide justificante locum, non habeat: Ecclesiarum Sacramenta sint, eo loco & numero, quo antiquitus, caeremonie omnes Ecclesiarum, ritus, exequia Mortuorum, & id genus alia, servantur: Sacerdotia, quæ vacant, conferantur idoneis: qui ante hoc tempus facti sunt mariti, Sacerdotes vel Ecclesiastici, priventur beneficiis, quæ statim ab hoc Conventu conferantur alijs: qui tamen relictis uxoribus ad pristinum institutum redire & absolvi cupiunt, eos, de voluntate Pontificis, cum hoc ei Legatus nuntiaverit, Episcopi restituant: ceteri verò nullum usquam habeant per fugium, sed exulent aut etiam meritam poenam luant. Sacerdotum vita sit omnis honesta, vestitus etiam decorus, & vitetur omnis offensio; si quibus in locis Ecclesiastici redacti sint ad aliquam iniquam conditionem atque pactum, si quid etiam bonorum sacrorum iniqua ratione venditum sit, aut in alium usum profanum applicatum, id omne sit irritum: ad docendi munus nemo recipiatur, nisi qui doctrinæ simul & vitæ probatum habeat ab Episcopo testimonium: in docendo sequantur omnes hanc præsentem formulam, nec illud pro concione dicant, usitatum, quasi hoc nonnulli agant, ut opprimatur Evangelij doctrina: temperent etiam à scommatis atque contumelijs; hortentur populum, ut

T r r t 3 M i f

„Missam audiat, ut diligenter oret, ut
 „Virginem Mariam ceterosque Divos
 „imploret, ut dies festos peragat, ut
 „jejunet, ut à cibis vetitis abstineat,
 „ut subveniat egenis: Monachis autem
 „demonstrent, non licere Professio-
 „nem ac Ordinem deserere. Breviter,
 „in ijs, quæ pertinent ad fidem atque
 „Dei cultum, nihil quidquam immu-
 „tetur: qui contra fecerint, corporis
 „atque vitæ suæ honorum discrimen
 „subcant: quicquid ablatum est Eccle-
 „siasticis, restituantur: quibus in locis
 „domicilia Monachorum, & id genus
 „alia ædificia sacra diruta sunt, reædifi-
 „centur, in iisque cæremonia fiant at-
 „que ritus usitati: qui sunt in adver-
 „sariæ partis finibus antiquæ Religionis
 „atque fidei sectatores, & hoc decre-
 „tum approbant, in Imperij tutelam
 „recipiuntur, eisque licebit, quod vo-
 „lent, emigrare, nullo cum detrimen-
 „to: de Concilio Pontifex appellabi-
 „tur, ut intra sextum mensem illud ad
 „locum aliquem idoneum indicat, ut
 „deinde primo quoque tempore, &
 „ad summum intra spatium anni fiat
 „ejus initium: hæc omnia rata sint at-
 „que firma: & siquæ sunt oppositæ,
 „vel opponuntur etiam exceptiones,
 „aut appellationes, locum nullum ha-
 „beant. Ut verò Decretum hoc va-
 „leat & feruetur, quantum quidem ad
 „finem atque Religionem pertinet,
 „quicquid omnino virium atque facul-
 „tatis concessit Deus, id omne, vita
 „etiam atque sanguis, huc impende-
 „tur &c. Tam clara sunt ista, ut ni-
 „hil addi debeat, cum tota Confessio,
 „& alia, in quibus Catholicis adverfa-

bantur Lutherani, manifestè reprobentur
 & prohibeantur, ita ut vel cæcus
 videat, Confessionem Augustanam, vix-
 dum natam, à Carolo & Imperij Sta-
 tibus reprobam fuisse. Subscripse-
 runt huic Edicto ipse Carolus V,
 sex Electores, triginta Principes Eccle-
 siastici, triginta tres Sæculares, vigin-
 ti duo Abbates, triginta duo Comites
 & Barones, & triginta novem Civita-
 tes Imperiales.

Objiciunt fortè Confessionista. E-
 tiam si approbata non sit Confessio Au-
 gustana à Carolo, cum ipsi exhibere-
 tur Augustæ in Comitibus anno 1530.
 approbata tamen fuit postea Pallavij
 à Ferdinando Rege anno 1552. cum
 iniretur pax Religionis, quæ transactio
 deinde in Comitibus Augustæ confirma-
 ta est anno 1555. vivente adhuc, & ad
 id potestatem faciente Carolo: ergo à
 Carolo Imperatore magna Confessioni
 Augustanæ conciliatur auctoritas. Pro
 responsione & eruditione

Sciendum 1. Ad extinguendum Lu-
 therani Schismatis ignem à Carolo Im-
 peratore & Ferdinando Fratre, Rege
 Bohemiæ, coacta fuisse Comitibus seu
 Conventibus Imperiales omnino qua-
 tuordecim, & octo Colloquia seu Dis-
 putationes publicas, intra 24. annorum
 spatium. 1. Conventus habitus est
 Wormatiæ anno 1521. cujus Edictum
 contra Lutherum ejusque novam do-
 ctrinam recitavi supra. 2. Norimber-
 gæ anno 1523. ubi Edictum Worma-
 tiense confirmatum. 3. Ratisbonæ
 anno 1524. 4. Spiræ anno 1526. 5.
 Iterum Spiræ anno 1529. ubi Edictum
 Wormatiense iterum partim confirma-
 tum.

tum, partim mitigatum fuit usque ad definitionem Concilij Generalis. Contra id protestabantur quinque vel sex Principes Aetholici & duae Urbes Imperiales, quibus postmodum accesserunt aliae; à qua protestatione nomen *Protestantium* originem duxit. 6. Augustae anno 1530. ubi Confessionem suam Melancthon, & Zwinglius suam, qui posterior Argentoratum, Ulmam, Constantiam &c. dementaverat, obtulere Statibus Imperij: sed utraque fuit rejecta. 7. Ratisbonae (sed Protestantes separatim Conventum celebrabant Schweinfordij in Franconia, quae fuit prima Scissio inter Status Imperij separatis congressibus distractos) anno 1532. 8. Spira anno 1540. sed propter litem translatus est Hagenviam. 9. Ratisbonae anno 1541. 10. Spira anno 1542. 11. Eodem anno Norimbergae: ubi praecipue agebatur, quomodo occurrendum Turca, qui Budam, Strigonio &c. jam occupatis imminebat Germaniae. 12. Spira anno 1544. 13. Wormatiae. 1545. 14. Ratisbonae anno 1546. quo anno Lutherus repentina morte extinctus infelicem animam efflavit. Post fata Lutheri celebrati sunt alij Conventus Imperij omnino septendecim in causa Spoliorum Ecclesiarum.

Sciendum 2. Eodem anno 1546. patuisse, quid in suis separatim conventibus, quos ab anno 1530. quo in Comitibus Augustanis damnati erant, celebrabant plures praesertim Smalcaldiae in Thuringae finibus, praesente Saxoniae Electore, moti sint Potestantes,

siquidem Smalcaldici foederis membra sociatis viribus ingentem exercitum 30000. peditum & 10000. equitum eduxerunt contra Carolum, legitimum Dominum suum, tanta perduellionis nihil suspicantem; sed Carolus, ut erat Princeps ingentis animi, nihil territus impigre contractas copias, licet numero impares, opposuit prope Ingolstadtium, tanto cum terrore hostium, ut non expectato praelio fuga dilapsi sint, Electore Heidelbergensi, Ulma, Francofurto, Augustam veniam suppliciter à Caesare deprecantibus. Elector tamen Saxoniae Joannes Fridericus, & Philippus Landgravius Hassiae praecipui conspirationis duces, & Lutherani non solum maximi Fautores, sed & Protectores Evangelij, arma non ante deposuere quam Imperator mense Martio sequentis anni 1547. abruptis hybernis eos repente obruit ad fluvium Albim, ubi devictum & captum Saxonem certis conditionibus vitam donavit, & postea quinquennio secum per Germaniam tanquam perduellionis reum circumduxit: Landgravium verò mitiore captivitate Mechlinij detineri iussit ad preces Mauritij Saxoniae Ducis. Haec duplex Caroli victoria, Deo auspice tam feliciter parata, magnam quidem Germaniae, & Religioni praecipue, quietem attulit, & restituenda pacis omnimoda spes: sed versa intra quadriennium alea iterum omnia evertit, Caesare humiliatis hostibus connivente, nimiumque eorum blanditijs fidente, nec ceptas, ut facilimum erat, prosequente victorias; quia

quia scilicet partim ex innata clementia, partim publicæ quietis studio rebus turbatis mitiori modo ac sine sanguinis profusione mederi cupiebat. Atque hunc in finem in Comitij Augustanis anno 1548. mandavit formulam aliquam formari, interim ab omnibus observandam, donec Concilium Tridentinum (quod ob ingruentem luem contagiosam migraverat Bononiam) finitum suâ sententiâ lites terminaret. Quæ formula seu libellus nomen *Interim* sortitus est, eò quod fuerit aliqua declaratio, quomodo in negotio Religionis per Imperium usque ad definitionem Concilij interim vivendum esset. Iste speratæ concordie libellus displicuit initio Pontifici, eò quod Cæsar sibi nimium tribuere visus esset in negotio Religionis, postea tamen toleratus est: neque placuit omnibus Lutheranis, licet etiam ex his plurimi, imò plerique eum receperint saltem ore tenus, illique subscriperint, quos inter fuere tres Electores Protestantium, nempe Fridericus Comes Palatinus, Mauritius Dux Saxonie, & Joachimus Marchio Brandenburgicus, cum alijs Principibus, Civitatibus Imperialibus, & Academicis Wittenbergensi, demum & Lipsiensi, non obstante, quod iste libellus non nisi Catholicam doctrinam contineret, rejectâ Confessionis Augustanæ, si Communio- nem sub utraque specie, & conjugium Sacerdotum excipias, quod utrumque permittebatur liberum usque ad definitionem Concilij, quam omnes Imperij Status expectabant, & ad quam sæpius appellabant Protestantes, licet

fictè, ut interea tempus se armandi & rebus suis consulendi lucrarentur, ut patuit postea ex iniquis conditionibus, Papæ tanquam Capitis, & ipsius etiam Concilij auctoritati directè adversantibus, sub quibus se Concilio parituros asserebant.

Sciendum 3. Carolum pro suo avitæ Religionis Zelò acriter institisse, ut Protestantes hunc concordie libellum, *Interim* dictum, reciperent (nam vi hujus, & simul expectatione decisionis ab Universali Concilio Tridentino ferendæ pacem & antiquam Religionem restituere sperabat Germania) atque idcirco non solum in Comitij Augustanis anno 1550. verum etiam sequente anno multum nitentur exsequi Edicta Imperij Wormaticensæ, Norimbergensæ, Ratisbonensæ, & Augustanum, contra Lutherum ejusque Sectam pridem publicata: & hinc Pæcones Lutheranos Augustâ, Memmingâ, aliisque ex civitatibus migrare jussit: ut adeò sancta Religio Romano-Catholica, ac unitas fidei postliminio amenissimè florere caperet, haud dubiè penitus restituenda, nisi Mauritius, pro dolor! recens Elector Saxonie, Imperatori Carolo prius fœdere junctus, summèque obstrictus, contra eundem tumultuatus impia armâ convertisset: nam is, auctus Alberto Marchione Brandenburgico aliisque fœderibus, ipsas Cæsaris copias, quibus antè ex ejusdem mandato Magdeburgenses, Cæsari & libello *Interim* obstitentes, sub jugum redegit, non indicto bello contra Carolum, nihil tale metuentem, eduxit, multisque urbi.

urbibus occupatis etiam Augustam Vindelicorum quarto die deditione recepit: ubi clausis Catholicorum Ecclesijs, & eeremoniis, officiisque Divinis abrogatis, Prædicantes restituit. Mox captâ in faucibus Tyrolensibus Ehrenbergâ in Tyrolim penetrat, prope Oenipontum, ibique Caroli Imperatoris, qui cum fratre Ferdinando vix fugâ se proripuit, res omnes diripit. Causa hujus infelicissimi belli, in quo, quæ Dei erant & Cæsaris, fuere armis adempta, antiqua Religio profligata, Lutheranismus stabilitus, & semina perpetuarum in Germania turbatarum copiosè sparsa ob introductam Religionum diversitatem, causa, inquam, hujus infelicissimi belli inter præcipuas erat prolongata diutius, quam volebat Mauricius, Landgravij Hassiæ Socii sui captivitas. Mauricius proinde tam prospera sorte usus non modò liberavit Landgravium (imò & Saxonem, quem Cæsar cognito Mauricij adventu, antequam fugeret Oeniponto, vinculis exemptum dimisit) sed etiam Concilij Tridentini Patres disperfit, & quod pessimum erat, Passavij cum Ferdinando Rege paciscens, liberum Confessionis Augustanæ exercitium armis extorsit, quam transactionem Ferdinandus fletibus oculis signâsse perhibetur, utpote Deo, conscientia, & futura per Germaniam quieti summopere adversantem. Nihilominus tamen hæc Transactio, vel Pacificatio, Religionis, in Comitij Augustanis anno 1557. Catholicis tandem, licet ægerrimè, consenti-

R. P. Pichler Theol. Polemica.

entibus, confirmata & publicata est. His pro noticia historica præmissis,

Resp. ad objectionem N. Ant. & N. Conf. Permissa fuit Passavij & Augustæ Confessio Augustana ad declinandum majus malum, nunquam approbata: aliud autem longè est aliquid permittere, quod impediri per vires non potest, & aliud, illud approbare. Permitti possunt etiam scelerata & publica lupanaria ad evitanda majora mala, nunquam tamen approbati. Sic hodie post Pacem Monasteriensis tolerantur in Imperio etiam Reformati seu Calvinistæ, quorum tamen Religio utique non approbatur à Confessionistis. Transactio de Religione Passavij inita, Augustæ confirmata, non aliud fuit quàm pax merè politica, uti fatetur Theodorus Thummus Lutheranus c. 4. circa 4. præceptum de pace Religionis q. 17. n. l. l. dicens: *Decretum illud de pace utriusque Religionis servanda politicum est, quandoquidem in eomihil asseritur de veritate aut falsitate doctrine, sed reservatur id cognoscendum in Concilio generali.* Quippe in toto Confederationis Passavienensis contextu præcipuè vel unicè insinuat, neutri parti licere, ut alteri, intuitu Religionis, ullam in rebus externis creet molestiam.

Per libellum *Interim* multò minùs approbata est Confessio Augustana, sed potiùs abrogata, & pacis publicæ gratiâ solùm permissa quoad duo puncta (ad mores, non ad fidem, spectantia) usque dum Concilium statueret,

Uuuu quid

quid tenendum. Deinde etiam si (quod tamen verum non est) Carolus Imperator aut Eerdinandus Rex attentasset approbare Confessionem Augustanam, nulla tamen & irrita fuisset huiusmodi approbatio, utpote profecta ab eo, cui nulla in rebus fidei & Religionis potestas. Ad Episcopos & Summum Pontificem res sacræ pertinent, non ad Principes Sæculares. Si iudicium est Episcoporum, ait S. Athan. in ep. ad solitariam vitam agen-

tes, quid commune cum eo habeat Imperator? si contra ista minis Casaris constantur, quid opus est hominibus titulo Episcopis & quando à condito eva auditum est, iudicium Ecclesie ab Imperatore suam auctoritatem accepisse, aut quando unquam hoc pro iudicio agnitum est?

Frustra igitur & inani labore nituntur Confessionista auctoritatem sibi emendicare à Carolo Imperatore. Sed ulterius.

ARTICULUS IV.

An Confessio Augustana sufficientem auctoritatem obtineat à Libro Concordiæ, à quo dicitur restituta?

SUMMARIUM.

- | | |
|--|---|
| 1. Liber Concordiæ ad tollendas discordias ordinatus, | 5. Nec immeritò, quia desicit à Confessione Augustana, quam tamen restituere intendit. |
| 2. Quæ nimium quantum invaluèrant inter Confessionistas. | 6. Quia continet novos errores. |
| 3. Auctore Smidelino, & subscriptibus multis Protestantium millibus, in lucem prodijt; | 7. Et plura mendacia. |
| 4. Multis tamen etiam se opposentibus. | 8. Proinde Liber Concordiæ non attollit, sed potius deprimat auctoritatem Confessionis Augustanæ. |

1. Sciendum 1. à Lutheranis, cum notarent maxima inter suos dissidia, ac innumeratas discordias circa fidei suæ & Confessionis Augustanæ articulos, compositum esse *Librum*, ut vocant, *Concordiæ*, quo scilicet ad unionem & concordiam revocarentur omnes Confessionista; sed infelici eventu, ut postea videbimus. Porro

dissidia & discordias, quibus inter se dissidebant Confessionis Augustanæ sectatores, & propterea Catholicis ludibrio, suis autem contemptui fiebant, huic libro ansam dedisse, certum est ex ipsorummet confessione; quippe

Sciendum 2. Ipsum *librum Concordiæ* Tubingæ in Wittenbergia anno 1580, impressum f. 253. b. in præfatione

tione fateri, Theologos quosdam Confessionis Augustanæ ab hac in magni momenti articulis defecisse, genuinum illius sensum non assecutos, vel alienum inducere conatos; unde orta inter eos, qui se Confessionis Augustanæ membra asserbant, dissidia non levis momenti aut solummodo de verbis fuisse, sed de rebus tanti ponderis, ut opiniones Partis errantis in Ecclesia nec tolerari nec excusari possent. Fatur insuper in prima præfat. Confessionem Augustanam à suis sectatoribus multas & magnas mutationes & corruptiones passam esse: quibus proinde mederi cupiat restituendo puram & invariabilem Confessionem Augustanam, prout nempe oblata est anno 1530. Carolo V. atque genuinum illius sensum declarando.

5. Sciendum 3. huic libro Concordiæ, quem iussu Ludovici Ducis Wirtenbergiæ primitus cudere cepit Smidelinus Tubingensis Academiæ Cancellarius, promovente plurimum Augusto Saxonie Electore, postea subscripsisse ad octo millia Protestantium, nimirum Professores, Ministros, Concionatores, Ludimagistros, Hypodidascalos. Quæ subscriptio, quamvis videatur numerosa, & ad conciliandam ex numero auctoritatem apta, tamen argumentum est paucitatis. Nam si Catholica Ecclesia talem subscriptionem requireret, non octo tantum millia, sed plùs quàm octingenta millia facili negotio ad obsequium starent parata, imò innumera- biles Presbyteri, Diaconi, Pastores, Rectores scholarum &c. non solum in Germania, ut factum in libro Con-

R. P. Pichler Theol. Polemica,

cordiæ, verum etiam in Italia, Hispania, Gallia, America, Brasilia, India &c. Verum ab Apostolicis temporibus in nullo Concilio vel Generali, vel Nationali, aut Provinciali potestas subscribendi facta est hominibus privatis, sed solum Prælati, jurisdictione Ecclesiastica præditi. Si addita sunt etiam nomina Imperatorum, Regum, aut Principum, factum id est non ad ferendam sententiam, sed in signum consensûs.

4. Sciendum 4. Multos ex Confessionistis etiam huic libro Concordiæ non acquiescisse, imò sese opposuisse intergras Regiones, Urbes, & Universitates, celebres, etiam si se addictas profiterentur Confessionis Augustanæ; scilicet opposuit se Dania, Holfatia, Magdeburgum, Norimberga, Spira, Wormatia, Francofurtum, Argentina, Brema, urbs & Universitas Helmstadiensis, Universitates Suecica, Theologi Anhaltini, Thuringenses, Brunsvicenses, qui aiunt, hoc libro deceptos fuisse Principes & Subditos, item Wittebergenses, qui eam unà cum Auctore, & filio Lutheri (qui Smidelinum commendare volebat) lapidibus impetebant. Rex Daniæ illam consecravit flammis: ut nihil dicam de alijs Principibus, Hassis, Palatinis, Bipontinis, Saxonibus Mechelburgensi & Lawenburgensi, de Ducibus Pomeraniæ & Prussia &c. quorum plurimi recusarunt subscriptionem hujus libri, uti refert Hospinianus in *Concordia discordia* c. 35. apud Forerum. q. vex. p. 2. l. 2. f. 3. Heshusius Theologus Lutherus appellabat librum infelicem, quo Auctores Ecclesiam in-

Uuuu 2 fctio-

ferioris Saxoniae deceperint, alij his verbis exhibebant.

*In libro vita qui non potuerit notari,
Nomen in hunc librum composuere sum.*

Item

*R. habet Aufonium liber hic, habet
R^g Pelasgum.*

R. habet Hebraum, prateraque nihil.

Hoc est, nihil nisi errores habet. Denique bene notandum Protestantibus est iudicium, quo Theologi Anhaltini contra Apologiam Doctorum Erfurdensium Concordistas arguunt, quod scilicet deficiant à Lutheri doctrina & simul à Confessione Augustana, cui tamen tota pax Religionis innititur. Ex quibus palam fit, hunc librum Concordiae non Concordiae inter Confessionistas, sed potius novarum discordiarum originem existisse, adeoque profus infelicem, parumque aptam ad auctoritatem Confessionis Augustanae faciendam, ut magis patebit ex sequentibus.

5. Dico 1. Liber Concordiae plurimum defecit à Confessione Augustana primava, prout oblata est Carolo V. licet saepius profiteatur, se illam restituere, ac puram invariataeque propinare. Probat 1. Confessio Augustana in praef. agnoscit Papam pro Capite Ecclesiae Christianae, cum fateatur, eum posse convocare Episcopos & indicere Concilium Generale, ad quod Con-

cilium in forma Juris appellavit. Econtra Liber Concordiae non solum negat superioritatem Papae, sed etiam Antichristum eum appellat, cui resistendum: Man soll sich aus Noth wider ihn/ als den rechten Antichrist setzen. f. 159. edit. Tubing.

Probat 2. Confessio Augustana nec verbulo docet, Humanitatem Christi esse ubique, sed potius contrarium, dum juxta interpretationem libri Concordiae in 1. art. docet, unum esse imensum: dum docet Christi naturam, resurrectionem, descensum ad inferos, ingressum per januas clausas, ascensionem, adventum futurum in die iudicij; nam si Christus etiam secundum naturam humanam sit ubique, & in omniloco, in quo existit ejus Divinitas, quomodo verificantur haec verba venturus, ascendens, resurgens, nascens? &c. Certè si Humanitas Christi est ubique, tunc Christus non solum fuisset in utero Virginis, sed etiam in utero cujuslibet feminae, imò & viri. Econtra Liber Concordiae docet aperte, Christum esse ubique etiam secundum naturam humanam, & esse debere propter unitatem Personae, quae est in Christo. Fol. 312. edit. Tub. de Christo ita loquitur: Ist Er nun Natürlich und Persönlich / wo er ist / so muß Er daselbst auch Mensch seyn / dann es seynd nit zwo zertrennte Persohnen / sondern ein einige Persohn zc. und wo du kanst sagen / hier ist Gott / da must du auch sagen / so ist Christus der Mensch auch da / und wo du einen Ort zeigst

gen würdest / da Gott wäre / und nicht der Mensch / so wäre die Ver-
söhn schon zertrennet / weil ich also
dann mit der Wahrheit könnte sagen /
hier ist Gott / der nicht Mensch ist /
und noch nie Mensch worden / 2c. Wo
du mir Gott hinsiehst / da mußt du
mir die Menschheit mit hinsehen / sie
lassen sich mit sündern / 2c.

Confirmatur. Liber Concordiæ do-
cet, nullum esse Purgatorium, pro
defunctis non esse orandum, anti-
quum in Ecclesia Missarum & offi-
cium esse abrogandum, in Sacramen-
to Eucharistiæ permanere substantiam
panis & vini cum Corpore & Sanguine
Christi &c. sed hæc aliena sunt à
Confessione Augustana: ergo Liber
Concordiæ plurimum defecit à Con-
fessione Augustana.

6. Dico. 2. Liber Concordiæ multos
continet errores, & mendacia: ergo
est nullus auctoritatis. Ant. prob.
docet 1. Quod Christus non so-
lum ut homo, sed etiam ut Deus,
fuerit obediens Patri. 2. Quod Chri-
stus perfunctus sit munere Mediatoris
non solum per naturam humanam,
sed etiam per divinam. 3. Quod
natura humana Christi sit ubique. 4.
Quod humanitati Christi verè & reali-
ter collata sint multa attributa Divi-
na, ut Omnipotentia, Omniscien-
tia, Omnipresencia, atque aded ipsa
Divina Majestas. Sed hæc dogmata
sunt errores. 1. quidem, quia sic
Christus fuisset minor Patre etiam se-
cundum Divinitatem, nec ipsi cor-
qualis, consubstantialis, seu *opodior*,
qui fuit error Ariatorum. 2. Quia

est contra S. Paulum, qui 1. Tim.
2. docet, Christum quæ hominem
fuisse Mediatorem inter Deum & ho-
mines, dicens: unus est Mediator
Dei & hominum *homo* Christus JE-
SUS: ubi Apostolus signanter addit
terminum *homo*, ut scilicet indicet,
secundum quam naturam Christus sit
Mediator. Deinde non potest dari
medietas, ubi eadem est distantia:
sed Christus quæ Deus habet eandem
distantiam à Deo Patre: ergo ipsi
non quæ Deo sed quæ homini conve-
nit medietas, & Mediatoris officium;
nam *ut Deus* non est inferior Patre,
sed *ut homo*: sub qua ratione est eti-
am superior nobis, quia sine labe
peccati: igitur ut homo est Deo in-
ferior, & nobis superior, & sic me-
diat inter Deum & nos homines. 3.
Quia est contra Scripturam, quæ Mat.
ult. dicit: *non est hic, surrexit*, item
contra alia Mysteria fidei, ut vidimus,
& contra rationem, quæ horret ad-
mittere creaturam immensam. 4. Quia
est contra Symbolum S. Athanasij,
quod docet *unum esse Omnipotentem,
unum Omniscium, unum Immensum
&c.* non plures.

70 Supersedeo speciatim referre singu-
la mendacia, quæ continentur in Li-
bro Concordiæ, & à Bellarmino sexa-
ginta septem numerantur, quorum
1. est statim in præfatione, ubi dici-
tur Confessio Augustana in totum
terrarum orbem sparsa ubique percree-
buisse, & in ore omnium esse capisse:
quod tamen evidenter est falsum;
nam in Asia & Africa omnino exu-
lat Confessio Augustana, in Europa
Uuuu 3 in

in maximis Provincijs non est recepta, uti nec in America, & serè nullam præter paucos Germania & Septentrionis Provincias reperire est in Orbe, quæ Confessionem Augustanam publicè profiteatur. Alterum mendacium, apud Bellarminum in iudicio de Libro Concordiæ nono loco relatum, est, cum dicit, nostros Concionatores olim parùm docuisse de operibus, quæ Deo placent, tantum urfisse puerilia & non necessaria opera, nunc verò à Lutheranis admonitos hæc dediscere, & incipere fidei mentionem facere &c. quæ omnia apertè sunt falsa, ut patet legenti Sermones S. Bernardi, Petri Damiani, Innocentij tertij, Thomæ Aquinatis, Vincentij, Bernardini, Laurentij Justiniani &c. in quibus de Symbolo, de Decalogo, de Oratione

Dominica, de omnibus vitijs, omnibusque virtutibus pulcherrimæ & copiosissimæ doctrinæ reperiuntur. Breuitatis gratiâ omitto reliqua, uti etiam contumeliosa verba, quibus Catholicos impetit Liber Concordiæ, *Esel / grobe Esel / ungeschickte Esel* illos vocitando.

Dico 3. Confessioni Augustanæ nulla accedit auctoritas à Libro Concordiæ, sed potius grave præiudicium. Prior pars patet ex assertione secunda, in qua ostenditur, multos crassos errores, & aperta mendacia contineri in Libro Concordiæ. Posterior pars ex assertione prima, in qua ostenditur, quantum defecerit Liber Concordiæ à Confessione Augustana, eò quidem majori præiudicio, quò plures per Saxoniam, Sueviam &c. Libro Concordiæ subscriperunt.

ARTICULUS V.

An Confessio Augustana sufficientem auctoritatem obtineat à tota Ecclesia Lutherana, cujus est Symbolum?

SUMMARIUM.

- | | |
|--|--|
| 1. Lutherani amulari fors volunt Catholicos. | 6. Quia non fuit perpetuò in Mundo à Christi temporibus. |
| 2. Vera Christi Ecclesia debet habere notas & distinctiva signa à falsis sectis. | 7. Nec semper invisibilis. |
| 3. Inter que censentur etiam Perpetuitas & Visibilitas. | 8. Unde nihil auctoritatis capit Confessio Augustana ab Ecclesia Lutherana tota. |
| 4. Ubi non sunt signa vera Ecclesie, non est vera Ecclesia, & vicissim ubi sunt illa, debet esse ista. | 9. Solvitur prima obiectio. |
| 5. Lutherana Ecclesia non est vera Christi Ecclesia. | 10. Secunda. |
| | 11. Et tertia cum suis appendicibus. |

Sciend.

1. Sciendum 1. Cùm Lutherani videntur, Catholicos omnia facillè probare, ac solidè stabilire per auctoritatem Ecclesie Catholice, id forte etiam sibi fas esse putant. Hinc forsàn à tota Ecclesia (Secta potius) Lutherana sufficientem auctoritatem conciliari arbitrantur Confessioni suæ. Nimirum sicut Diabolus dicitur simia Dei, ita Sectarij sunt armuli Ecclesie.

2. Sciendum 2. Veram Christi Ecclesiam debere esse instructam certis signis & notis, per quas ab omni Ecclesia falsa & adultera discerni possit; hoc enim spectat ad providentiam Dei, ad prudentiam, imò ad æquitatem Christi, omnes omnino homines ad suam Ecclesiam invitantis, vocantis, quin & æternum supplicium minitantis, qui vocantem non audiunt: si enim tales notas ac signa distinctiva non haberet vera Ecclesia, quomodo Christus prudenter vocaret omnes, ac justè argueret, & condemnaret extra veram Ecclesiam existentes, cùm sine ejusmodi signis eam dignoscere ac invenire impossibile foret?

Sciendum 3. Talia signa referri complura ab Auctoribus. Potissima sunt illa, quæ comprehenduntur in Symbolo tum Apostolico, tum Nicano, in quibus Ecclesia dicitur *Una, Sancta, Catholica, & Apostolica*, quas notas & proprietates nec ipsi adversarij negare possunt, aut solent, quia recipiunt hæc Symbola. Per has tamen notas ipsi probare non consueverunt Ecclesiam suam, non ignari, eas omnes sibi adversari. Unde alia duo signa veræ Ecclesie afferunt, quæ indicantur in Conf. August. art. 7. & dicunt, illam

esse veram Ecclesiam, in qua Evangelium purè docetur, & rectè administrantur Sacramenta.

3. Sciendum 4. Ab eodem articulo citato Conf. August. improvidè infinuari duas alias notas, vel potius proprietates veræ Ecclesie, nimirum *Perpetuitatem & Visibilitatem*; nam ibidem docetur, quod una Sancta Ecclesia perpetuo manserit, & quòd in ea Evangelium purè doceri, & Sacramenta rectè administrari debeant. In quibus verbis manifestè indicatur non tantum *Perpetuitas*, sed etiam *Visibilitas* Ecclesie perpetuæ; nam si exigit legitimam Verbi Divini prædicationem, Sacramentorumque administrationem, exigit essentialiter signa quædam visibilia & sensibilia, consequenter & ipsa visibilia & sensibilia necessariò efficitur per hæc signa, nempe per puram prædicationem Evangelij, & legitimam Sacramentorum administrationem.

4. Sciendum 5. Illam evidentè non esse veram Christi Ecclesiam, quæ destituta est notis & proprietatibus veræ Ecclesie, ex Scriptura sacra & ex ratione naturali desumptis; illam verò necessariò esse veram Ecclesiam, in qua ejusmodi nota & proprietates reperiuntur; nam ubi est essentia rei, ibi etiam inveniri debent ejus proprietates, ac vicissim: & ubi est significatum, convenit etiam esse signa, ac vicissim. Loquor de signis *Affirmativis*. Si autem sunt signa *Negativa*, saltem rectè infertur negative: *hæc Ecclesia non habet hoc signum: ergo vera non est*; licet vicissim ex singulis affirmativè non possim concludere: *hæc Ecclesia habet hoc signum: ergo*

ergo vera est Ecclesia. Neque Christus Ecclesiam suam destituere potest illis characteribus, sine quibus dignosci nequit à Sectis falsis, multò minùs Ecclesiam falsam ijs characteribus ornare, quas habere oportet Ecclesiam veram; sic enim deciperet mundum, & ludibrio exponeret Sponsam suam.

5. Dico 1. Ecclesia Lutherana non est vera Christi Ecclesia. Probari hæc Assertio possit innumeris argumentis, v. g. 1. Quia non est plantata ab homine sancto, sed auctorem habet, qui à Diabolo doctus novitates exortavit pessimas. 2. Quia nova est, & nullum habet certum atque invictum fundamentum; nam habet solam Scripturam juxta cujusvis arbitrium explicatam. 3. Quia nullo splendet miraculo. 4. Quia nullum prorsus habet fundamentum, quod non aequè alij Hæretici pro se usurpare possent, v. g. Calvinista, Zwingliani, Anabaptista &c. 5. Quia aperit viam latam sceleribus, & angustam virtutis ocludit, dum rejicit vitam spiritualem & religiosam, à sanctis Patribus ad eò dilectam & prædicatam, dum vituperat, vel saltem negligit, observantiam Consiliorum Christi, dum fovet noxium errorem de justificatione, dum removet omnia ardua, & econtra sensualitati grata permittit, vel præcipit, dum sanctis Calicibus negat honorem, dum in calibatu (quod nec Turcæ nec Ethnici faciunt) castè vivi posse inficiatur &c. 6. Quia in plurimis & perpetuis versatur discordijs, etiam circa res magni momenti, & articulos fidei gravissimos. Neque sperare unquam poterit con-

cordiam, uti vaticinatur Ministerium Norimbergense in Ep. Resp. ad Minist. Berlin. anno 1665. impressa aphorismo 15. Die Einhelligkeit unserer Kirchen hoffet man vergebens / und wird dieselbige nicht eher / als auf den Nimmer Tag folgen. Ratio est à promptu, quia fidei regula unica est Scriptura, prout eam quilibet intelligit, & interpretatur secundum suum dictamen. Quid ergo mirum, si tot ferè sint Religiones, quot capita? 7. Quia docet plurima falsa, absurda, & contradictoria. 8. Quia Catholicis plurima affingit falsò, v. g. quasi docerent, hominem non justificari gratis ex Misericordia Dei, nec intuitu Meritorum Christi, sed per sua opera, etiam præ naturalia: hominem mereri Justificationem non tantum per sua opera sine gratia Christi, sed etiam per traditiones & leges humanas: dari obligationem omnia peccata confitendi, licet id factu sit impossibile: Christum solummodo satisfecisse pro reatu culpæ, hominem autem satisfacere pro reatu pœnæ æternæ: Christum in cruce duntaxat satisfecisse pro peccato originali, pro peccatis autem actualibus satisfieri per Missam &c. quæ omnia falsò imputantur Catholicis. His, inquam, & pluribus alijs argumentis dissimulatis, solum ex duplici capite probò Assertionem nostram, nimirum ex *Perpetuitate & Visibilitate*, quam habere debet vera Christi Ecclesia juxta Confess. August. Itaque

Probat 1. Vera Christi Ecclesia debet esse fundata ab ipso Christo ante 1700, & plures annos, atque perpetuè

tuò mansisse in mundo: sed Ecclesia Lutherana non fuit fundata à Christo ante tot annos, nec perpetuò mansit in mundo: ergo non est vera Christi Ecclesia. Ma. Confessionistis est innegabilis. Mi. probatur, quia ejus fundator est Lutherus, à quo & nomen habet, qui prius fuit Catholicus, & quidem Monachus, vixitque primùm ante 200. annos: proinde hæc Ecclesia nec perpetuò mansit, quia non semper fuit à temporibus Christi; ubi enim, in quo loco, sub quo Imperatore, Papa &c. ante Lutherum fuit Ecclesia Lutherana? in qua parte mundi, in quo Regno, in qua civitate? quo tempore, quo seculo, quo anno prædicabatur Evangelium, & administrabantur Sacramenta eo modo, quo nunc fit apud Lutheranos? qui fuerunt illi Prædicantes? quam Templà? quis Historicorum meminit? Certè hi & similes articuli: Christum secundum Humanitatem esse ubique, eum non esse in Eucharistia ante sumptionem & usum, Sacrificium Missæ esse abominationem, & Idololatricam, non esse septem, sed duo tantum aut tria Sacramenta, Romanum Pontificem esse Anti-Christum, Sanctorum Invocationem esse Idolomaniam, non existere Purgatorium, Justum non mereri vitam æternam suis bonis operibus, hominem sola fide justificari, Jejunia Ecclesiastica non esse observanda, vota & vitam Monasticam esse supersticiosam, nihil esse credendum, nisi expressè contineatur in Sacris literis &c. hi, inquam, & similes articuli omnes & singuli non docebantur ante Lutherum, nisi fortè à dam-

R. P. Fichler Theol. Polemica.

natis hæreticis, quod Lutheranorum causam non facit meliorem, sed longè deteriorem. Imò nec hæreticus ullus conspirabat in omnibus, licet doceret aliquos ex dictis articulis.

Audiamus ipsum Lutherum, quid de se & doctrina sua novitate fateatur: *solus primò eram, inquit in præf. to. 1. & certè ad tantas res tractandas ineptissimus, & indoctissimus: casu enim, non voluntate, nec studio in has turbas inciidi.* Magistro suo testimonium perhibeat dilectus discipulus Melancthon, qui ad lectorem in to. 1. latin. ait. *Lutherum irritatum Tezelij amuli sui impudentià novam doctrinam excogitasse.* Idem Propheta Isalebicus lib. contra Regem Angliæ sic gloriatur: *ego Scripturam Sacram & Verbum Dei ita in lucem protuli, ut à mille annis nunquam fuit.* Et to. 2. Wet. anno 1522. In præf. lib. de abrog. Missæ stimulos cauteriæ conscientie propter novitatem doctrine sequentibus prodit: *quam potentibus & evidentibus Scripturis meam ipsius conscientiam vixidum stabilivi, ut audeam unus contradicere Pape, & credere, eum esse Anti-Christum, Episcopos esse ejus Apostolos, Academiæ esse ejus Lupanaria? quoties mihi palpi non tremulum cor, & reprobandens objecit eorum fortissimum & unicum argumentum: tu solus sapi? isne errant universi? tanta secula ignoraverunt? quid si tu erres, & tot tecum in errorem trahas damnandos æternaliter? Fatetur igitur Lutherus doctrinam suam fuisse novam, Verbum Dei nunquam ita fuisse prædicatum*

Xxxx

tum

tum à mille annis, ut ipse prædicare cepit, fatetur proinde, doctrinam & Ecclesiam Lutheranam non perpetuò fuisse in mundo, consequenter veram non esse juxta art. 7. Confess. August. Quid alijs indigemus testibus? an non ex ore suo judicare possumus servum nequam? ipse enim de ejusmodi Novatoribus enarrat. in Psal. 82. to. 3. Witt. f. 488. hanc sententiam tulit: *non diu disputandum, sed indistincta causa, & inauditores damnandos esse sicut blasphemos, qui contra generales Ecclesie articulos aliquid novare audeant, nam tales generales articuli, recepti à tota Ecclesia. satis auditi sunt, satis excussi, approbati, satis firmati per Scripturam, per virtutes, per miracula, per sanguinem Martyrum, per scripta & confessionem totius Ecclesie.*

7. Probatur Assertio nostra 2. Vera Christi Ecclesia debet semper (nempe à temporibus Christi usque ad finem mundi) esse visibilis: sed Ecclesia Lutherana non semper fuit visibilis: ergo non est vera Christi Ecclesia. Majorem demonstrat ratio, probat Scriptura, & fatetur Confessio Augustana. *Demonstrat ratio*, quia omnes tenentur se adjungere veræ Ecclesie, cum extra illam non detur salus animæ, sicut extra Arcam Noë non dabatur salus corporis: sed quomodo se adjungunt Pagani, quomodo veram Ecclesiam inveniunt Infideles ceteri, ut sub ejus magisterio vivant, si Ecclesia non sit conspicua, visibilis, & sensibus etiam perceptibilis? *Probat Scriptura*, quæ Ecclesiam comparare solet rebus

maximè conspicuis, scilicet lucernæ, stellis, montibus, civitati &c. *Vos estis lux mundi*, dicit Christus Matth. 5. *non potest civitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.* ibid. Et Pl. 18. dicitur *Deus in sole posuisse tabernaculum suum.* In quæ verba sic scribit S. August. in exposit. 2. In manifestatione posuit Ecclesiam suam, non in occulto, non quæ lateat, non velut operta: in sole posuit tabernaculum suum; quid tu Hæretice fugis in tenebras? Ita S. Aug. Isaias statum Ecclesie Christianæ clarè prædixit cap. 2. *Erit in novissimis diebus preparatus Mons domus Domini in Vertice montium: & elevabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi.* Actorum 20. sic præcipitur: *attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam.* Quis autem dicat, hæc invisibiliter & insensibiliter fieri posse? quis attendet & pascet gregem sibi incognitum? quis audiet Doctorem insensibilem? *Fatetur denique Confessio Augustana*, dum non alias veræ Ecclesie notas assignat, quàm puram Verbi Divini prædicationem, & legitimam Sacramentorum administrationem: hæc autem utique insensibiliter fieri non possunt, eum pura prædicatio Verbi, & legitima administratio Sacramentorum ne cogitari quidem possint sine visibilitate & sensibilitate: ergo sicut hæc duo signa Ecclesie sunt essentialia juxta Confessio-

nitas,

nitas, ita & Visibilitas eidem essentialis erit.

Min. itaque solummodo probanda est, & probatur facile ex propria confessione Protestantium, qui, cum urgentur & interrogantur, ubi fuerit illorum Ecclesia ante Lutherum, respondere solent, fuisse invisibilem, latuisse &c. ipse Lutherus lib. de abrog. Miss. priv. non obscure sic suos instruit, dum dicit: *quis nobis Ecclesiam monstrabit, cum sit occulta in spiritu, & tamen credatur? sicuti dicitur, credo sanctam Ecclesiam &c.* Secutus est Gerardus lib. 2. c. 1. f. 827. cum Lutheranis, & Amesius to. 2. f. 50. cum Calvinianis apud DD. à Waltenburch. to. 1. f. 64. ut testatur Burchaberus controv. 20. §. 8. Dicunt quidem alij, dum nimis arctantur, ut ostendant, ubinam locorum fuerit Lutherana Religio ante Lutherum, cum utique ovum non possit esse ante gallinam; dicunt, inquam, suam Ecclesiam fuisse in Papatu, Papatum tamen non fuisse veram Ecclesiam. Quare sponso prorsus miseranda, lepida, & Cymmerijs tenebris obscurior est. Nam si Ecclesia ante Lutherum fuit invisibilis & prorsus incognita, quomodo Protestantibus innotuit, eam in Papatu, qui tamen vera non fuit Ecclesia, latuisse? Aliqui ad Infantes æquè ineptè confugiunt, asserentes, apud illos fuisse incorruptam Ecclesiam Lutheranam. Nam hi Ecclesie suæ testes adhibent clinques, rationis expertes &c. sicut olim cæci Judæi dormientes & somno oppressos Vigiles ad negandam Resurrectionem Christi.

R. P. Pichler Theol. Polemica.

Ego certè non capio, quo modo Infantes prædicaverint, purum Dei Evangelium, & ritè administraverint Sacramenta, sine quibus tamen essentia Ecclesie consistere nequit juxta Adversarios.

Dico. 2. Confessio Augustana nullam prorsus obtinet auctoritatem ab Ecclesia Lutherana tota. Prob. 1. Ecclesia Lutherana non est vera Christi Ecclesia, ut vidimus: ergo nullam auctoritatem tribuere potest Confessioni Augustanae; aliàs enim etiam Ecclesia Calvinistica, Anabaptistica, & quævis alia Secta infallibilem auctoritatem tribuere posset suæ Confessioni & doctrinæ, licet ipsa in se nullius sit valoris, nullius auctoritatis.

Prob. 2. Auctoritas Confessionis Augustanae deberet esse infallibilis ac divina; aliàs enim qui ipsi credit, non elicit fidem divinam, sed merè humanam & fallibilem: atqui Ecclesia Lutherana non potest ipsi tribuere auctoritatem infallibilem & divinam: ergo. Min. prob. juxta Protestantes etiam vera Christi Ecclesia non est infallibilis, sed errare potest, imò defacto erravit: ergo etiam si permitteremus, Lutheranam Ecclesiam esse veram Christi Ecclesiam, tamen infallibilis non esset, & erroris incapax: ergo neque approbando Confessionem Augustanam est erroris incapax, & infallibilis: quomodo igitur ei dare poterit infallibilem auctoritatem?

Confirmatur: Ecclesia Lutherana est discissa in plurimas partes: una agnoscit Librum Concordiæ, alià illum reprobat, alià erroribus Sacramentationum,

Xxxx 2

rum,

rum, aut aliorum hæreticorum implicita est, alia credit, quod vult, paucissimi vel nulli Protestantium puram sequuntur Confessionem Augustanam, ut suo locò dicitur, quomodo ergo Confessio Augustana auctoritatem obtineat ab Ecclesia Lutherana? vel dicant, à qua parte Ecclesia Lutherana inter tot diversas obtineat? à Rigidis, an à Mollibus, an à Concordistis, an ab Helmstadiensibus & Lipsiensibus, an verò à Wittenbergensibus? At isti omnes se mutuò damnant, & velut hæreticos excommunicant. Cui igitur ex tot Ecclesijs particularibus inter se dissidentibus adhibenda fides? quæ auctoritatem dabit Confessioni Augustanæ? certe nulla, cum nulla se probet alijs meliorem.

9. Obje. 1. Notæ essentiales & signa veræ Ecclesiæ sunt pura prædicatio Verbi Divini, & recta Sacramentorum administratio: sed hæ notæ reperiuntur in Ecclesia Lutherana: ergo est vera Christi Ecclesia. R. 1. N. Misj. Nam notæ & signa debent esse notiora, quam sit ipsa res significata: atqui prædicatio Verbi Divini & administratio Sacramentorum, ut *pura & recta* sunt, non sunt nobis notiora, quam sit vera Ecclesia; nam æquè est ignotum, quæ sit pura doctrina Evangelij, & quæ legitima Sacramentorum administratio, quam quæ sit vera Ecclesia, cum variæ Religionis variè & contrariè prædicent Verbum Dei, & Sacramenta administrent. Juxta Adversarios puritas doctrinæ, & recta administratio Sacramentorum debet desumi ex Scriptura S. sed quæ sit Scri-

ptura S. & quis legitimus ejus sensus, infallibiliter deprehendi non potest ex Scriptura, sed ab Ecclesia deficiente: ergo prius debet constare de veræ Ecclesiæ. Deinde Ecclesia vera existit in mundo, antequam esset ulla Scriptura; nam in Lege Naturæ nulla omnino erat Scriptura, in Legi Gratiæ initio per multos annos existit, priusquam Matthæus, Marcus, & Lucas sua Evangelia, & Apostoli suas Epistolas conscriberent, quos magno intervallo secutus est sanctus Joannes: ergo Ecclesia non ex Scriptura, sed potius Scriptura per Ecclesiam cognosci debet, consequenter etiam pura prædicatio & legitima administratio. R. 2. N. Min. Unde enim probant Lutherani, apud se potius, quam apud Catholicos, vel alios, esse puram prædicationem Verbi, & legitima Sacramenta? An ex Scriptura? sed Scripturam unus sic, alius aliter interpretatur: an ex instinctu sancti Spiritus? at hoc etiam alij dicunt, sensu contrario Scripturam interpretantes: at ex critério interno? sed cor alij potius credant Lutheranis, quam Catholicis aut Calvinisticis &c.? R. 3. N. Suppositum. M. quod istæ notæ, etiam si tales forent, sufficerent, nisi simul accesserit perpetuitas & continua visibilitas, quæ tamen duò non reperiuntur in Ecclesia Lutherana.

10. Obje. 2. Ecclesia, quæ tua dogmata tradit è Scriptura sacra, non est nova: Ecclesia Lutherana statim tempore Lutheri tradidit sua dogmata ex Scriptura sacra: ergo. Resp. 1. Diss. M. Ecclesia, quæ omnia dogmata sua verè tradit, & probat ex Scriptura S. nihil-

que docet Scripturæ contrarium, non est nova C. Ma. quæ tantum jactat se tradere, vel probare tantum conatur sua dogmata ex Scriptura S. N. Ma. Ecclesia Lutherana, præterquam quoddam unicum articulum, cum Catholicis controversum, manifestis Scripturæ testimonijs confirmare possit, Scripturæ S. vel maxime contraria est in eo, quod contra tot ac manifesta ejus testimonia atque Christi promissiones doceat, veram Christi Ecclesiam Visibilem multis sæculis de mundo perisse. Resp. 2. Applicando argumentum hæreticis notorijs, qui transmissa Ma. pro se ita habuerunt: atqui Ecclesia Ariana, Nestoriana, Calvinistica, Anabaptistica &c. tradit sua dogmata ex Scriptura S. ergo. Cum nullus sit hæreticus aut hæretici, qui non allegaverit Scripturam pro se, sed malè intellectam, & malè explicatam. Afferant nobis Lutherani, si viri sunt, aliquod speciale signum pro sua Ecclesia, quod hæretici notorii non eodem jure asserere possint pro sua, & tunc dicent aliquid ad rem: quod quamdiu non fecerint, eodè nobis loquerentur, quo alij hæretici, quod nempe eorum Ecclesia sit nova, ante Lutherum mundo incognita, non Apostolica, & perperam pro se allegans Scripturam.

Si provocent ad Hussitas, Wicleffitas, Waldenses, vel alios, quibus cum Ecclesia Romana non bene conveniebat, & asserant, in his suam Ecclesiam existisse ante Lutherum: tunc appellent ad notorios hæreticos, cum quibus nec ipsi consentiunt in omnibus articulis fidei, uti fatentur Argentoratenses apud P. Tez; nam *Hujus ad-*

misit in Missa Sacrificium propitiatorium, invocationem Sanctorum, obligationem omnia peccata confitendi &c. *Wicleffus* docuit, Sacerdotem nihil proprium possidere posse. *Waldenses* admiserunt duos Deos, bonum & malum, & rejecerunt Baptismum parvulorum tanquam inutilem &c. Deinde etiam in istis deprehensa fuisset Ecclesia Lutherana, tamen illa se non extendisset ultra Sæculum duodecimum, & mox redit quaestio, ubi antea fuerit? in ijs fortè, qui se opposuerunt Romanae Ecclesiae? sed hi fuerant Arius, Pelagius, Nestorius, Donatus, & tempore Apostolorum Simon Magus &c. Si apud istos fuit Lutherana Ecclesia, pridem cum illis fuit damnata tanquam hæretica. Viderint igitur, in qua aavi ad æternitatem tendant miser.

Objic. 3. Quod creditur, non potest videri; cum fides sit *argumentum rerum non apparentium*: vera Ecclesia creditur juxta Symbolum Apostolicum, in quo dicitur *credo sanctam Ecclesiam*: ergo non potest videri: ergo visibilis esse non debet. Resp. Dist. Ma. Quod creditur, non potest videri secundum id, quod creditur, trans Ma. secundum id, quod non creditur, N. Ma. & Dist. Min. Ecclesia creditur secundum quid, C. Mi. Etiam secundum id, quod videtur, N. Mi. & Conf. Sic Thomas & ceteri Apostoli crediderunt Divinitatem Christi, videbant Humanitatem: sic in codice Bibliorum videmus Scripturam, credimus illam esse Dei Verbum: sic videmus Sacramenta tanquam signa

X x x x ;

vultu-

visibilia, credimus gratiam, quam conferunt, & institutionem Christi. Paritione videmus Ecclesiam, hoc est, ceterum hominum, eandem, fidem, Sacramenta, ritus externos profitentium sub uno capite visibili; credimus autem hanc Ecclesiam esse veram Christi Ecclesiam, & dilectam Sponsam.

Urgebis 1. Fides vera & interna est forma essentialis Ecclesiae: sed ista fides est invisibilis: ergo & Ecclesia est invisibilis. Resp. 1. C. Ma. C. Mi. N. Conf. Nam Syllogismus est similis huic: anima hominis est forma essentialis hominis: sed anima hominis est invisibilis: ergo & homo est invisibilis. Quis hic non videt malam consequentiam propter quatuor terminos, quos habet Syllogismus? Pariter in Syllogismo objectionis sunt 4. termini. 1. fides. 2. forma. 3. Ecclesia in obliquo. 4. Ecclesia in recto. Resp. 2. C. Ma. Quod fides interna faciat verum fidelem tanquam forma essentialis; qui enim fictè tantum credit, non est verus fidelis. Dist. Mi. fides interna est invisibilis in se C. Mi. in suis effectibus N. Mi. Fidem internam reddunt sensibilem professio fidei, Sacramenta, sacrificia, cultus divinus exterior, conciones, processiones, & alia verae Religionis exercitia, uti & signa verae Ecclesiae, quae fidem internam faciunt satis visibilem, sicut actiones externae vitales ostendunt hominem habere animam, licet anima in se visibilis non sit.

Urg. 2. Si fides interna est invisibilis, & simul forma essentialis Ecclesiae, tunc Ecclesia essentialiter est invisibilis, & tantum accidentaliter visibilis; sed a-

liud non volunt Lutherani & Calvinistae: ergo. Resp. 1. N. Ma. & Rectorq. arg. in homine; nunquid enim anima est forma essentialis hominis, & simul invisibilis? & tamen nemo dicit, hominem esse essentialiter invisibilem; nam si homo fieret invisibilis, omnes dicerent, id per accidens contingere, & non juxta naturam & essentiam hominis. Nimirum tò *invisibile* est talis denominatio, quae ad sui verificationem requirit omnes partes invisibiles: sicut tò *incorruptibile* requirit omnes partes esse incorruptibiles. Resp. 2. & dico, distinguendam esse formam Ecclesiae absolutam & respectivam, forma *absoluta* est vera fides interna, forma autem *respectiva* est ipsa unio membrorum inter se, eandem fidem profitentium: illa non videtur; haec verò planè incurrit in oculos per professionem externam & communia pietatis exercitia. Visibilitas Ecclesiae non delimitur à forma illa Absoluta, sed ab altera Respectiva, nempe ad unionem quae fundatur in singulis membris, eandem fidem, Sacramenta, Caput & Rectorem profitentibus. Quod amplius declaro: tria spectari possunt in quavis Republica. 1. Multitudo & ceteris hominum. 2. Externum regimen, quod est forma quasi Respectiva. 3. Interna affectio, quae isti inter se conspirant, & haec est forma absoluta: priora duo videri possunt, tertium est invisibile. Si igitur propter illa duo Republica dicitur visibilis; cur non & Ecclesia, licet ejus fides interna, quae fideles in eandem Christi Republicam consentiunt, minime spectetur?

Urg.

Urg. 3. Visibilitas illa externa est fallibilis: ergo per hanc non potest agnosci vera Christi Ecclesia. R. D. A. Est fallibilis, si spectentur singula membra seorsum & determinatè. Trans. Ant. si spectentur simul & in genere. N. Ant. Deus permittit non potest, ut in toto illo cætu hominum, pro quo stant tam illustres notæ, quod sit vera Christi Ecclesia, v. g. Antiquitas, Sanctitas, Miracula &c. non reperiatur aliqui veri fideles, adeoque vera Christi Ecclesia.

Urg. 4. Si ad visibilitatem Ecclesie satis est, modò externa societas, & Religionis exercitia videantur, tunc etiam Ecclesia Lutherana est visibilis: ergo, Resp. 1. N. A. Nam juxta Adversarios forma essentialis unica est sanctitas & fides interna, quæ non est visibilis. Resp. 2. Esto, quòd nunc sit visibilis: at ubi ante Lutherum exstitit? *in pulverem mortis deducta est Ecclesia, ut nusquam ejus species & vestigium appareat, ut ipse Lutherus in Psal. 22. l. 344.*

ARTICULUS VI.

An Confessio Augustana sufficientem auctoritatem obtineat ab Ecclesia Græca, cujus communionem & societatem expetit?

SUMMARIUM.

- | | |
|--|--|
| 1. Græci, antequam à Romana Ecclesia se segregârunt, plurimum florebant, | ambiant communionem cum Ecclesia Græca. |
| 2. Quando cepit eorum Schisma, | 3. Sed turpiter impingunt. |
| 3. & 4. Confessionista Wirtenbergenses | 6. Ut patet ex responsione Patriarchæ Jerusalemiani ad articulos Confessionis Augustana. |

1. Sciendum 1. Græcos olim plurimum floruisse, sive saluberrimas doctrinas, quas habemus à Græcis Patribus, quorum ingens est numerus, sive vitæ sanctitatem spectemus: quamdiu scilicet eum Ecclesia Romano-Catholica conjuncti unitatem fidei servabant. Verùm postquam detestando Schismate à Romani Pontificis potestate, ac Ecclesie Universalis communionem se ipsos

segregârunt, in varios errores prolapsi sunt, omnisque eorum gloria sub Turcico jugo oppressa & sepulta est, justò Dei judicio, quia suave Christi jugum, & paternum Romani Pontificis regimen superbè excusserant.

Sciendum 2. Quamvis Græcorum Schisma jam cepisse dicatur tempore Nicolai I. Pontificis auctore Photio circa annum Christi 860. tamen in aper-
tura

tum & commune Schisma, varijs circa fidem erroribus infectum, erupisse primum circa annum 1054. Antesignano Michaele Cerulario, Patriarcha Constantinopolitano. Præcipuus error, & occasio Schismatis erat pertinacia, qua asseriebant, Spiritum Sanctum procedere à solo Patre, & non à Filio.

3. Sciendum 3. Confessionistas, sive ut aliquam suæ Confessioni auctoritatem vel à damnatis Schismaticis corrogarent, sive ut ostenderent, ubi existerit eorum fides ante Lutherum (qua questione toties vexabantur) tentasse Ecclesiam Græcam modernam in suas partes trahere, aut se illi conformare, aut cerè firmata inter se unione causam communem facere contra Catholicos. Sperabant, id eò certius futurum, quod non ignorarent, Græcos pariter Romano Pontifici negare Primatum, erroris damnate Ecclesiam Romanam, sub utraque specie Laicis præbere communionem, Sacerdotibus concedere uxores &c. Unde

4. Sciendum 4. Symmystas Wirtenbergenses, præcipuè verò Jacobum Andreæ Schmidelinum, Universitatis Tubingensis Cancellarium, & Jacobum Crusium, circa annum 1575. quo tempore meditabantur librum Concordiæ, Confessionem suam, Græco idiomate scriptam, misisse ad Hieremiam tum temporis Patriarcham Constantinopolitanum, ea de causa, ut à Patriarcha approbationem, consensum, adeoque cum Ecclesia Græca communionem elicerent. Quem in finem miris blanditijs Patriarcham delinire conabantur, præsertim in inscri-

ptione, qua ita sonabat: *Santissimo & Occumenico Patriarchæ, D. Hieremie, Archiepiscopo Constantinopoleos, Novæ Romæ, Domino Pio, sancto per Christum.* Sicine Patriarchæ Constantinopolitano tribuitis titulum *Santissimi*? quem alias semper clamabatis soli Deo competere, & quisquis alius illum usurparet, rapere Deo gloriam suam, se gerere pro Deo, & esse verum Anti-Christum, qualem propterea Romanum Pontificem proclamastis. Sed videamus, quo eventu res acta sit, & quam feliciter cesserit fabula.

Dico 1. Nulla est consensus Ecclesiæ Græcæ cum doctrina Confessionis Augustanæ, imò in plerisque articulis Ecclesiæ Græcæ sentit cum Catholicis. Assertio hac optimè probatur ex Responsione, quam Patriarcha Hieremias dedit Theologis Wirtenbergenfis ad oblatum sibi Confessionis Augustanæ libellum, quam videre potes apud Tannerum Anatom. p. 2. demonstr. p. 5. 5. & apud Georgium Scherer in *seiner neuen Zeitung auß Constantinopel.* Ego præcipua tantum hujus Responsionis capita, nempe circa eos articulos, in quibus advertatur nobis Confessio, adducam.

Ad art. 4. 5. 6. Respondet Patriarcha, non solam fidem, sed etiam opera requiri ad salutem, cum scriptum sit, *fides sine operibus mortua est.* Jac. 2. *qui ex Deo est, verba Dei audit.* Jo. 8. *Non auditores, sed factores legis justificabuntur.* Rom. 2. *Qui soli sibi dei innituntur, similes sunt pueris, qui semper hærent in alphabeto; aut Archite-*

chitectis, qui nil nisi fundamenta ponunt. Addit præterea, necessariam etiam esse satisfactionem externam, ac propriam bonorum operum.

7. Ad art. 7. De Ecclesia ait, non esse veram Ecclesiam, nisi eorum, qui observent, quæ à Patribus tradita, legibus sancita, sacris Canonibus definita, & à Spiritu Sancto approbata sunt. Præterea septem esse Sacramenta, nec plura nec pauciora, ut à temporibus Christi semper creditum est.

8. Ad art. 10. De Cœna Domini docet, consecratione facta non manere panis & vini substantiam, sed per transubstantiationem converti in Corpus & Sanguinem Christi. Ad art. 11. De Confessione, necessariam esse coram Sacerdote confessionem particularem & distinctam peccatorum etiam interiorum, quoad poenitens possit & recordetur. Ad 12. Non absolvendum esse poenitentem sine satisfactione Sacramentali injuncta, nec universim rejiciendos esse Canones poenitentiales.

9. Ad art. 13. Afferit, Sacramenta etiam habere vim sanctificandi fideles, Missam esse sanctificationem vivorum & mortuorum, in qua pro vivis & mortuis supplicetur, in Missa rectè postulari Intercessionem B. Mariæ Virginis, & omnium SS. Formulam Missæ unam à S. Jacobo, & S. Basilio, alteram à S. Chrysostomo compositam & præscriptam rectè à se usurpari. Ad art. 14. Magistratui politico non esse concessum ordinare Ministros Ecclesiæ & Sacerdotes, Ordinationem Episcoporum juxta Canones faciendam, nec eorum

R. P. Pickler Theol. Polewica,

electionem promiscuè permittendam plebi.

Ad art. 15. & 21. Vult Sanctos cum suis Reliquijs coli, eorumque tanquam mediatorum postulari intercessionem, festosque dies in eorum honorem institutos observari, templa quoque seu memorias, eorum honori dicatas, excoli munerum oblatione. Ad 16. Reprehendit, quod à Confessionistis condemnentur Monachi, qui facultatibus suis relictis mundum & mandata deserunt, cum scriptum sit: *si vis perfectus esse, vade, vende omnia &c.* Matth. 19. Ad art. 20. Carpit Confessionistas, quod serias, initiationes, certa jejunia, fraternitates, Monasticam vitam, & similia vocitent opera inutilia, additque, Quadragesimam esse observandam.

Circa abusus, ommissis ijs, ad quæ in præcedentibus articulis jam respondit Patriarcha, ista adhuc animadvertit, aliquos quidem suorum Sacerdotum habere uxores, quas tamen duxerunt, antequam fierent Sacerdotes; post susceptos enim SS. Ordines ipsis non amplius licet Matrimonium contrahere, neque ijs, qui voto castitatis sunt obstricti, ut Monachi, ne se sacrilegio obstringant, quod semel votò consecratum DEO corpus denuo communis vitæ servitijs coinquent: nam *nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno cælorum.*

Hæc & plura similia contra Confessionistas rescripsit Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus, ex communi Græcorum sensu apertum faciens, quod

Yyyy

eorum

eorum in fide communioni renunciet. Atque in fine tertij sui responsi addit: *Unde vos rectius, & melius vetere novaque Romæ sapuistis, ut verorum Theologorum scriptis relictis, vestra ista meliora potioraque duceretis? Et infra: vestram ergo viam euntes ne amplius de dogmatibus, sed amicitia tantum causâ, si volueritis, scribite. Valete.*

Dico 2. Nihil prorsus honoris & auctoritatis accedit Confessioni Augustanæ ab Ecclesia Græca, sed potius multum dedecoris & contemptibilitatis. Ratio est clara ex dictis, cum in omnibus ferè articulis turpiter impegerint Wirtenbergenses Theologi, & ubique spe & causâ suâ miserè ceciderint. Mansilles melius, mi Schmideline, domi.

ARTICULUS VII.

An Confessio Augustana sufficientem auctoritatem obtineat ab Ecclesia Romana Recentiore, quam accusat defectionis.

SUMMARIUM.

- | | |
|---|---|
| 1. Sectarij solent accusare Ecclesiam defectionis. | 6. Probatur clarè ex ipsa Confessione Augustana. |
| 2. Quæ duplex est. | 7. Et confirmatur ex Luthero. |
| 3. Confessio tamen Augustana id explicite non facit. | 8. Item ex eo, quia in illa dicitur fuisse tempore Lutheri & etiamnum esse Antichristus. |
| 4. Nihilominus tamen inde ex ipsa auctoritatem querit suis novitatibus. | 9. Et quia floruit eo ipso tempore ipsa vera Ecclesia signis, quibus fulgebat Antiqua Ecclesia. |
| 5. Ecclesia Romano-Catholica tempore Lutheri fuit adhuc vera Christi Ecclesia; nec ullo modo defecerat. | 10. Ecclesia Romana non tantum nunquam defecit. |
| | 11. Sed neque potest deficere. |
| | 12. Respondetur objectis. |

1. **S**ciendum 1. Omnes Sectarios, quia ab Ecclesia Romana, & antiquiore se, egressi sunt, ut turpem perfidie, & apostasie notam effugiant, Ecclesiam Romanam arguere defectionis, asserentes, eam in plures errores lapsam, cor-

ruptam, factam adulteram, & meretricem magnam, adeoque à Christo desertam fuisse: se autem esse illius Reformatores & Restauratores.

Sciendum 2. *Ecclesiam deficere posse accipi in duplici sensu.* 1. Si omnino

nino esse desinat, sicut desijt Synagoga.
2. Si tota erret in fide. Utroque modo defecisse Romanam Ecclesiam recentiore clamant Sectarij, dum eam non solum gravissimorum errorum accusant, sed etiam Babylonem & Sedem Anti-Christi appellant: at prorsus improvidè ac in proprium dedecus; nam si Ecclesia Romana, quæ juxta ipsos olim vera exstitit, dencere potest, sequitur contra ipsos 1. etiam eorum Ecclesiam errare ac deficere posse: unde ergo sciunt, illam defacto non errare, vel jam defecisse? 2. neminem apud ipsos securum esse de fide. 3. ipsos esse spurios & adulterinos, utpote natos ab Ecclesia adultera, siquidem Lutherus & Calvinus ex Ecclesia Romana recentiore prodierunt.

Sciendum 3. Confessionem Augustanam minus locutam esse de Ecclesia Romana recentiore; utpote quam (explicitè saltem) non arguit erroris alicujus in fide, sed solum quosdam illius abusus, ut vocat, reprehendit. *Tota dissensio*, inquit art. 21. apud Cælestinum Confessionistam, *est de paucis quibusdam abusibus, qui sine certa auctoritate in Ecclesias irrepserunt*. Licet non negem, Confessionem sibi contradicere reipsa, dum in quibusdam manifestis fidei articulis ab Ecclesia Romana dissentit, uti in art. 6. de sola fide justificante, in art. 24. de Missa, quam negat esse Sacrificium propitiatorium &c.

Sciendum 4. Sicut unicum, quo se contra apostasiam notam tuentur Sectarij, scutum est præterita & conficta Romana Ecclesia defectio; ita ab hac
R. P. Pichler Theol. Polemica.

maximum accedere pondus & auctoritatem existimat suis novitatibus, & nominatim Confessioni Augustanae. Sed quantum fallantur, & fallant, mox patebit.

Dico 1. Ecclesia Romano-Catholica etiam temporibus Lutheri fuit adhuc vera Christi Ecclesia: ergo malè accusabatur defectionis, & Confessio Augustana, ipsi contraria, errat. Ant. probari posset ex multis capitibus, nempe ex notis veræ Ecclesie.
1. quia habuit tempore Lutheri, & adhuc habet perpetuam successionem Episcoporum ab Apostolorum temporibus. 2. Quia legitimam Vocationem ministrorum. 3. Quia à nulla alia Ecclesia antiquiore se est egressa. 4. Quia convertit gentes ad se juxta vaticinia Prophetarum. 5. Quia semper fuit clarè conspicua. 6. Quia fuit in possessione puræ doctrinæ & rectæ administrationis Sacramentorum, eò quòd nec locus, nec tempus, nec articulus fidei ostendi possit, ubi & in quo defecisset ab Ecclesia Romana antiqua, quæ omnium iudicio fuit vera.
7. Quia homines per sua dogmata animavit ad omnem honestatem, & perduxit ad perfectionem Evangelicam, præsertim per tria vota Religiosa, diligenter custodita. 8. Quia præcludere laboravit viam omnibus vitij per saluberrima præcepta. 9. Quia divina mandata accuratè custodiri jussit, Deumque augustius coli, quàm alibi uspiam factum sit. 10. Quia debito modo coluit sanctos Cælestes, eorumque ingentem habuit numerum, qui adhuc in terris vitam sanctam, & prodigijs
Yyyy 2 digijs

digijs claram dicebant. 11. Quia fulit miraculis. 12. Quia habuit operarios solo Dei amore nullum fugientes laborem, nulla formidantes pericula, ut animas lucrarentur. 13. Quia fortes & insignes Martyres, pro fide Ecclesie Romanae vitam & sanguinem ponentes. 14. Quia ubique terrarum conspiravit in doctrina. 15. Quia præter unitatem doctrinae etiam paruit uni Capiti. 16. Quia præ omnibus sectis fuit diffusissima per totum mundum. De quibus & similibus notis S. August. contra Ep. Manich. ita scribit: *Multi sunt qua in gremio Ecclesie Catholicae me iustissime teneant. Tenet consensus populorum atque gentium, tenet auctoritas, miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aulta, vetustate firmata: tenet ab ipsa Sede Petri Apostoli, cui pasceudas oves suas post Resurrectionem Dominus commendavit, usque ad presentem Episcopatum successio Sacerdotum: tenet postremo ipsum Catholicae nomen, quod non sine causa inter tot hereses sic ista Ecclesia sola obtinuit, ut, cum omnes haeretici se Catholicos dici velint, quarenti tamen peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniatur, nullus haeticorum vel Basilicam, vel domum suam audeat ostendere.* Ex quibus & similibus, inquam, capitibus probari posset Assertio nostra, quod nempe Ecclesia Romana, etiam temporibus Lutheri adhuc fuerit, imò etiamnum sit vera Christi Ecclesia. Sed sufficiunt mihi arma, quae contra se mihi suppeditat ipsa Confessio Augustana. Ex qua

Probo Assertionem clarissime, & sic argumentor: Ecclesia Romana tunc existens, quando cusa, & oblata fuit Confessio Augustana. 1. In nullo fidei articulo erravit. 2. Non fuit haeretica. 3. Tota dissensio cum Protestantibus fuit in quibusdam paucis abusibus, qui solum erant circa ritus. 4. Fuit Catholica. 5. Perpetuo mansit à temporibus Apostolorum usque ad illud tempus. Sed Ecclesia, quae in nullo errat fidei articulo, sed solum paucos quosdam abusos tenet circa ritus, non ubique necessarios, quae non est haeretica, sed Catholica, & perpetuo manit à temporibus Apostolorum, est vera Christi Ecclesia, & non defecit, nec in errores fidei prolapsa est, nec omnino desijt ergo Romana Ecclesia tunc existens, quando cusa & oblata est Confessio Augustana, fuit vera Christi Ecclesia, nec ullo modo defecit. Quod aliqui abusus irreperint (quos omnes evitare est impossibile) nihil obest Ecclesiae, sicut abusus nihil obest Scripturae seu sacris litteris, quo eas haeretici pervertunt, & male interpretantur ad stabiliendas haereses.

Min. Argumenti videtur omnino certa & innegabilis. Maj. probatur quoad singula membra ex ipsa Confessione Augustana, & quidem quoad 1. 2. 3. & 4. ex art. 21. & 22. Art. 22. sic habet: *Cum Ecclesia apud nos de nullo fidei articulo dissentiat ab Ecclesia Catholica, tantum paucos quosdam abusus omittant, qui novi sunt, & contra voluntatem Canonum vitio temporum recepti.* Et art. 21. *Tota*

diffensio est de paucis quibusdam abusibus, qui sine certa auctoritate in Ecclesiis irrepserunt, in quibus etiam, si qua esset dissimilitudo, tamen decebat hac lenitas Episcopos, ut propter Confessionem, quam modo recensuimus, solerarent nostros. Et immediatè antè: hac ferè summa est doctrina apud nos, in qua cerni potest, nihil esse, quod discrepet à Scripturis, vel ab Ecclesia Catholica, vel ab Ecclesia Romana, quatenus nobis ex Scripturis nota est. Quod cum ita sit, inclementer iudicant isti, qui nostros pro hereticis haberi possulant. Jam sic: Si Confessio August. in nullo fidei articulo dissentit ab Ecclesia Romana, cum qua tunc litigabant, dicendum est, vel Ecclesiam Romanam fuisse quoad fidei articulos incorruptam, & non defecisse, vel Confessionem August. patitur fuisse corruptam & erroneam in fide: posterius non possunt admittere Confessionista: ergo debent admittere prius, nempe incorruptam fuisse Ecclesiam Romanam. Rursus Confessionista ex eo, quia ad eò conspirant eum Romana Ecclesia, ita ut in nullo fidei articulo dissentiant, sed tantùm in certis ritibus, colligunt, se inclementer haberi pro hereticis: ergo nec Ecclesia Romana, cum qua ad eò conspirabant, potest dici fuisse heretica. Præterea sæpius Confessio Romanam Ecclesiam illius temporis vocat Catholicam, ut patet ex allatis textibus; utique autem non aliam intelligit quam illam, cui obicit abusus, quæ fuit Ecclesia Romana. Atqui Ecclesia Catholica ab omnibus habetur pro vera; ergo.

Quintum & ultimū membrum argumenti n. 6. propositum admittit Confessio art. 7. ubi docet, quod una sancta Ecclesia perpetuò mansura sit: sed nullam aliam possunt assignare Adversarij præter Romanam, quæ perpetuò durasset; quia ante Lutherum sub Christiano nomine solum fuit Ecclesia Græca, & quorundam hereticorum sectæ, ab Ecclesia Romana damnatæ: sed sectæ hereticorum non manserunt perpetuò; nam singularum sciuntur initia post tempora Christi & Apostolorum, & aliqua illarum nunc non amplius supersunt: neque Ecclesia Græca, quatenus à Roma est diversa, perpetuò fuit, imò ipsorum Confessionistarum iudiciò gravissimè errat in articulo fidei maximo de Spiritu Sancto: ergo.

Confirmatur 1. Ex Luthero, qui penes Ecclesiam Romanam omne bonum etiam suo tempore fuisse fatetur, eamque infallibilem clarè pronuntiat. Nos ingenuè fatemur, inquit in ep. de Anabapt. ad duos Parochos tom. 2. Witt. l. 229. & 230. quod in Papatu multa bona sint, Christiano nomine digna, quæ & inde ad nos usque promanarunt. Fatemur nimirum, quod in Papatu vera sit sacra Scriptura, verus Baptismus, verum Altaris Sacramentum, vera claves ad peccatorum remissionem, verum concionandi munus, verus Catechismus, ut sunt oratio Dominica, decem præcepta, & fidei articuli &c. Et inferius: ego dico, sub Papatu esse verum Christianismum, imò nucleum Christianismi, & multos pios, magnosque Sanctos. Hæc sola Lutheri confessio rem totam pos-

set conficere: vel enim verum dixit, vel falsum? si verum, cur discessit à Papatu? cur illum ita persecutus est? si falsum: ergo est homo mendax, nulla fide dignus, etiam in alijs rebus. Adjiciamus fragmentum epistolæ, quam Lutherus altero post apostasiam anno dedit ad Leonem Papam X. in qua sic ait: *quare beatissime Pater prostratum me pedibus tue beatitudinis offero cum omnibus, que sum, & habeo. Vivifica, occide, voca, revoca, approba, ut placuerit: vocem Christi in te presidentis & sequentis agnoscam.* Et tom. 7. f. 562. *Die Kirch soll und fan nit liegen noch Irthum lehren / auch nit in einigem Stuck.*

Confirmatur 2. ad hominem. Illa est vera Christi Ecclesia, in qua est Anti-Christus: sed in Ecclesia Romana, ut Lutherani dicunt, est, & jam fuit tempore Lutheri, Anti-Christus, nempe Romanus Pontifex, quem hoc titulo honorant: ergo Romana Ecclesia, etiam Recentior, fuit & adhuc est vera Christi Ecclesia. Maj. prob. Anti-Christus juxta prophetiam sedebit in templo Dei: sed juxta Lutheri & Gerardi interpretationem hoc templum Dei idem est ac Ecclesia Dei, in qua nempe Verbum Dei & Sacramenta rectè tractantur, juxta Conf. August. art. 7. ergo illa, in qua sedet Anti-Christus, est vera Christi Ecclesia.

Confirmatur 3. Etiam moderna Ecclesia, tempore Lutheri exiltens, floruit donò prophetiæ, miraculorum gloriâ, Martyrum constantiâ, conversione infidelium &c. uti disimulatis

ceteris apparet in solo S. Francisco Xaverio Societatis Jesu Sacerdote, qui decies centena millia Gentilium baptizavit per se ipsum, quos vetò instructos baptizari curavit per alios, eorum numerus est major, quam illorum, quos antiqui Græci & Romani armorum vi sub jugum miserunt, ut testatur Papa Gregorius XV. in Bull. Canoniz. imò Bozius & alij Historici affirmant, plures Ethnicos à S. Xaverio ad Christianam Religionem esse perductos, quam dolis & fraudibus hæreticorum perverti à temporibus Apostolorum ad Diaboli Castra transierunt. Disimulo hujus ipsius sancti viri rara & extraordinaria prodigia, quæ patravit, ejus donum cognoscendi absentia & futura &c. Item Sociorum ejus constantiam in perferendo Martyrio &c. ergo illa Ecclesia Romana, tempore Lutheri exiltens, habuit easdem notas veræ Ecclesiæ, quas habuit Antiqua: ergo pariter fuit vera.

Dico 2. Ecclesia Romano-Catholica non tantum nunquam defecit, sed nec potest deficere. Prior pars probatur provocando adversarios, ut ostendant locum, tempus, dogma, ubi, quando, & in quo defecerit universalis Ecclesia Romana. Ostendant tribunal, in quo legitime fuerit erroris convicta & condemnata. Nam ipsi Ecclesiam Romanam gravissimorum scelerum accusant, scilicet Defectionis, Apostasie, Tyrannidis, Idololatriæ &c. Jure igitur ab ipsis petitur, ut per circumstantias loci, temporis &c. hæc

crimina de Ecclesia probent, quod nunquam potuerunt, nec poterunt.

11. Altera pars, quod nempe Ecclesia Romana nec possit deficere, sic probatur: si Ecclesia vera, quæ etiam juxta Adversarios saltem olim fuit Romana, potest deficere in rebus fidei, nihil amplius erit certum ac infallibile in nostra aut quacunque alia fide; nam si auctoritate Ecclesie, nobis loquentis & definientis, nec de ipsa nobis Scriptura, nec de ejus sensu, nec de ullo alio fidei articulo constat infallibiliter: ergo si Ecclesia vera, nempe Romana, errare ac deficere potest, deficit ac cessat omnis fides divina, certa, & infallibilis, mundusque non nisi opinionibus regitur circa res gravissimi momenti, & salutis æternæ, quod utique non admittent Adversarij.

Confirmatur 1. Symbolum Apostolicum jubet nos credere *Sanc-tam* Catholicam Ecclesiam; sed iste articulus semper debet esse verus: ergo Ecclesia vera semper debet esse Sancta: ergo semper integra, incorrupta, erroris expers, nec indiga Reformationis in rebus fidei. Adeoque Lutherani vel dicere debent, Ecclesiam Romano-Catholicam, utpote *Sanc-tam*, nunquam defecisse, aut reformatione indignisse; & ruit principium & fundamentum Lutheranismi: vel illam non semper *Sanc-tam* fuisse, quod est contra Symbolum; item eam *succubuisse portis Inferorum*, quod est contra promissionem Christi Matth. 16. Christum cum ea non permanisse *usque ad con-*

summationem sæculi, quod est contra c. Matth. 28. Eam à *Spiritu Sancto non esse doctam omnem Veritatem*, quod est contra promissum Jo. 16. Nec eam esse *columnam & firmamentum veritatis*, quod est contra Apost. 1. Tim. 3.

Confirmatur 2. Est incredibile, per tot sæcula, per quæ Ecclesiam Romanam erroribus obnoxiam fingunt Lutherani, nullam veram fidem fuisse in mundo, omnes omnino homines perijsse propter peccatum infidelitatis, Passionem & merita Christi profuisse nulli ad salutem, Dominicum, Franciscum, Bernardum, aliosque sanctissimos Viros errasse in fide, donec tandem Lutherus, Romanæ Ecclesie sacerdotium & calibatam deserens, atque ad connubia omnemque carnis licentiam provolans, Ecclesiam collapsam restauravit.

Dices 1. Confessio Augustana, quando tam honorificè loquitur de Ecclesia Romano-Catholica, intellexit antiquam; non modernam, aut illius temporis, quo facta est Confessio: ergo. Resp. frivolum hoc & putidum esse effugium; nam Confessio utique loquitur de Ecclesia vitiata *per abusum*, & quidem posteriori ævo *contra voluntatem Canonum introductos vitio temporum*; loquitur de Ecclesia, cujus Episcopi durius cum Lutheranis processissent, dum eos, quia hos ritus observare renuebant, *pro hereticis haberi volebant*, & contra quos propterea apud Cæsarem conquesti sunt *Protestantes*: sed hæc intelligi prudenter non possunt de Ecclesia antiqua & primitiva, sed de illius temporis, quo facta est Confessio.

Dices

Dices 2. *Ista argumentatio non est legitima: Protestantes non possunt dicere, quando, ubi, & à quo primava fides Romana sit mutata: ergo non est mutata. Cùm utique multa fiant & facta sint, quorum tempus, locum, auctorem, ignoramus: neque ex ignorantia facti sequitur, aliquid factum non esse. Sed nostra argumentatio est vel hæc ipsa, vel similis: ergo. Resp. C. enthym. N. subsumptum; nam nos non sic rationamur, ut objectio nobis affingit, sed vis argumenti nostri in hoc consistit: Protestantes accusant Ecclesiam Romanam defectionis, apostasie, tyrannidis, aliorumque criminum gravissimorum: ergo tenentur tanquam accusatores ea legitime probare cum debitis circumstantijs: quod postulatum*

est sanè æquissimum; alias enim cuiuslibet perfricta frontis liceret impunè criminari, si necesse non esset aliud in vim probationis asserre, nisi circumstantias facti ob longitudinem temporis venisse in oblivionem, nec amplius demonstrari posse. Dixi, tanquam Accusatores; nam iudices non sunt; sicut perfidus transfuga & defector militiæ non est iudex sui Ducis, aut rebellis filius sui patris. Certè si Lutherani & Calvinistæ, qui ab Ecclesia Romana perfidè discesserunt, essent ejus competentes iudices, etiam Macedoniani, Manichæi, Pelagiani &c. fuissent iudices Ecclesiæ Romanæ primitivæ, à qua egressi sunt, consequenter nec illa ab erroribus fuisset immunis, quorum ab antiquis illis hæreticis agebatur rea.

ARTICULUS VIII.

An Confessio Augustana sufficientem auctoritatem obtineat ab Ecclesia Romana antiqua, quam fatecur fuisse incorruptam?

SUMMARIUM.

- | | |
|---|--|
| <p>1. <i>Antiquam Ecclesiam Romanam fuisse veram, fatecur moderni Sectarj.</i></p> <p>2. <i>Unde hic potissimum inquiritur, quid in antiqua Ecclesia circa articulos Confessionis Augustana creditum sit.</i></p> <p>3. <i>Quod aliunde sciri non potest quam ex Patribus primitiva Ecclesia.</i></p> <p>4. <i>Non alios autem Patres addu-</i></p> | <p><i>sam, quam qui primis quinque Saculis vixerunt.</i></p> <p>5. <i>Initium sit de Justificatione per fidem, præcipuo dogmate Confessionis August.</i></p> <p>6. <i>Deinde de satisfactione bonorum operum.</i></p> <p>7. <i>De Confessione Auriculari.</i></p> <p>8. <i>De Communione sub utraque specie.</i></p> |
|---|--|

9. De conjugio Sacerdotum & Reli-
giosorum.
10. De jejuniis.
11. De Invocatione Sanctorum.
12. De Potestate Ecclesiastica.

13. In quibus (uti & in alijs mate-
rijs, in quibus Lutherani à nobis
dissent) Antiqua Ecclesia clara
est pro nobis ; & contra Adversar-
ios.

Sciendum 1. Modernos Sectarios
pro vera Christi Ecclesia & incorru-
pta agnoscere Ecclesiam Romanam An-
tiquam. Quousque autem ea per-
manerit incorrupta, & quo tempore
in errores prolabi ceperit, non conve-
nit inter ipsos, dum alij quarto, alij
quinto, alij demum sexto saeculo, nem-
pe Gregorio Magno Pontifice, eam de-
fectionem contigisse criminantur; quem
Gregorium Lutherus dicit fuisse ulti-
mum Pontificem ab Antichristica labe
purum. Notandum hic est, quod
cum Wefenbecio Carpovius (haud
dubie ex communi Lutheranorum sen-
su) in *Jurisprud. Forensi Romano-Sa-
xonica part. 3. constitutione 14. defi-
nitione 10.* definiat hereticum, & di-
cat esse illum, qui quatuor illa sancta
Concilia, Nicaenum, Constantinopo-
litana, Ephesinum primum, & Chal-
cedonense non amplectitur. *Juxta
L. 8. Cod. de haer. Novell. 115. cap.
3. §. 14.* Ex qua definitione, licet eam
ut bonam non admittam, quia non con-
venit omni definito, tamen ad homi-
nem intero sequentia. 1. Ergo usque
ad annum Christi 451. circa quod tem-
pus Synodus Chalcedonenlis habita est,
Ecclesia Romana fuit sancta & pura, nec
Papa Antichristus; quia haec Concilia
representative fuerunt Ecclesia Roma-
na, & Papa praesidente, dirigente, ap-
probante fuerunt facti illorum Cano-
n. P. Pichler Theol. Polemica.

2. Ergo admittenda sunt Tradi-
tiones, quia illa Concilia Divinitatem
Christi, & Spiritus S. ejusque Proce-
sionem à Patre & Filio, duas in Christo
Naturas & unam Personam definierunt
ex Traditionibus. 3. Ergo difficile
non est probare, Lutheranos esse hære-
ticos; quia non sunt in Ecclesia *Carbo-
lica*, qualem tamen esse oportet veram
Ecclesiam, ut definivit Nicaenum I. Quia
rejecerunt Invocationem B. Virginis MA-
RIÆ & aliorum Sanctorum, quam
Concilia illa approbaverunt: Ephesinum
quidem, quia in salutatione Angeli-
ca ante verba, *ora pro nobis* &c. poni
voluit hæc, *Mater DEI* vid. tom.
Conce. 1. Edit. Colon. p. 922. Chalce-
donense autem, dum dixit actione 11.
*Flavianus post mortem vivit, Mariæ
pro nobis oret.* Omittis pluribus

Sciendum 2. Quamvis in Ecclesia
nunc quaedam credantur explicitè, quæ
olim, utpote nondum definita pro ar-
ticulis fidei, tantum credebantur im-
plicitè; nullum tamen ab Adversarijs
fidei dogma in medium proferri un-
quam potuisse, quod in Ecclesia Ca-
tholica olim creditum, nunc verò abo-
litum sit: nam hoc esset errare, non
autem illud. Sed quidquid sit de hoc
quod hic potissimum inquiritur, est,
utrum illi articuli, qui in Confessione
Augustana reperiuntur contrarij doct-
rinæ Catholicae, fuerint olim in primi-
tiva

Zzzz

tiva

tiva Ecclesia crediti, nec ne? Se cum Ecclesia Antiqua sentire insinuat Confessio Augustana in pref. ad art. de abusibus, ubi petit, tantum paucos quosdam abusus à Catholicis omitti, qui novi sunt. Verum totam antiquitatem ipsi minime patrocinari, ita demonstrabimus, ut etiam in hoc tribunali se causâ cecidisse haud dubiè fassura sit, si verum fateri non erubuerit.

5. Sciendam 3. Quid Antiqua Ecclesia crediderit, an nobis, vel Confessionistis faveat, melius aliunde sciri non posse, quam ex SS. Patribus, qui quamvis à quibusdam infructibus vilipendi subinde, aut contemni soleant, in hoc tamen puncto nulla ratione contemni possunt, cum testes certiores eorum, quæ ipsorum temporibus senserit ac fecerit populus Christianus, frustra recitantur. 1. Quia fuerunt viri sanctitate conspicui, miraculis clari, doctrinâ illustres, studio laborèque indefessi &c. 2. Quia, qui ante annos 1300. 1400. 1500. 1600. ad Ecclesiæ gubernacula sederunt, ab Apostolorum temporibus haud multum abfuerant, eorumque doctrinam tanquam viciniore. quam alij, longè melius cognoverant. 3. Quia non nisi per ipsos, tanquam Ecclesiæ Doctores, Christiana doctrina ad nos pervenit. 4. Quia, cum pridem ante nostra sæcula vixerint, prorsus incorrupti sunt iudices controversiarum, quæ à posteris moventur; nam illi neque nos neque adversarios nostros noverunt: unde de sinistro in alterutram partem affectu minime suspecti, aut

accusandi sunt. Proinde quando legitur, B. Chrysostomum in Græcia, B. Hieronymum in Palæstina, B. Ambrosium in Italia, B. Augustinum in Africa, B. Hilarium in Gallia eodem sæculo ante annos plusquam 1300. eadem prorsus nobiscum sentientes, & scribentes, dubitari prudenter ulterius nequit, eandem per omnem Ecclesiam fuisse fidem antiquis illis temporibus, quæ hodie à Catholicis retinetur.

Sciendum 4. Me adducturum duntaxat Patrum sententias circa præcipuos articulos Confessionis Augustanæ nobiscum controversos, non circa alia Lutheranorum dogmata, de quibus Confessio August. nihil, vel omnino etiam contrarium docet, uti de libero arbitrio, de Purgatorio, de numero Sacramentorum, de ubiuitate Humanitatis Christi &c. nam nostri instituti non tam est Lutheranismum, quam Confessionem Augustanam impugnare. Videri possunt P. Jacobus Gualterius in Tabula Chron. & Jodocus Coccius in Thesauro Cathol.

Protestor autem, me non alios Patres adducturum, nisi qui primis quinque sæculis floruerunt, quo tempore integram ac incorruptam perstitisse Ecclesiam Romanam fateatur Adversarij. Adducam igitur Clementem Romanum, Anacletum, Tertullianum, Clementem Alexandrinum, Origenem, Cyprianum, Athanasium, Hilarium, Basilium Magnum, Gregorium Nyssenum, Cyrillum, Epiphanium, Ambrosium, Hieronymum, Joannem Chrysostomum, Augustinum, Theopu-

philactum, Justinum, Prosperum, Theodoretum. Horum itaque Patrum, quorum semper ingens fuit in Ecclesia auctoritas, & maxima Antiquæ doctrinæ peritia, scripta consulamus, ut confect, quid olim creditum sit. Initium autem faciamus de præcipuo Confessione Aug. dogmate, nimirum

De Justificatione per fidem.

Confessio August. in pluribus articulis, nimirum 4, 6, 20. docet, hominem per solam fidem justificari sine alijs bonis operibus, dum nempe credit, se in gratiam recipi, & propter Christum, qui pro nostris peccatis satisfecit, peccata remitti. Art. 20. sic loquitur: *tantum fide apprehenditur remissio peccatorum.* Econtra Catholici docent, hominem quidem non justificari proprijs meritis, multò minus operibus Legis Mosaicæ, aut purè naturalibus, vel solùm externis, sed justificari per merita Christi, nobis applicata per Sacramenta, & opera bona: quæ opera bona ad justificationem hominis adulti requiruntur non minus ac fides: nam sicut fides, qua creditur Deus pœnitentibus remittere peccata, præcedere debet justificationem, ita & spes remissionis peccatorum per merita Christi, amor erga Deum, & odium peccati, atque propositum vitæ melioris & observantia Mandatorum Dei. Licet fateamur, quòd his & similibus operibus bonis proptiè non mereatur justificationem primam, quæ nempe ex peccatoribus efficitur iusti, sed quòd solùm ponamus hoc paucò requisitas condiciones, sine quibus

R. P. Petrus Theol. Polonicus,

Christi merita nobis non applicantur ad remissionem peccatorum. Si tamen homo iustus, seu in gratia Dei constitutus, hæc & similia opera exerceat, proptiè mereatur augmentum gratiæ Sanctificantis, & vitam seu gloriam sempiternam ampliorem.

Ceterùm doctrina de sola fide justificante tam apud Lutheranos, quàm Calvinistas, est præcipua & essentialis, Lutherus hunc articulum vocat *omnium maximum*, Calvinus *dogma summum, & Religionis Christianæ fundamentum & summum.* In parte 2. articuli, Smalcaldicorum dicitur: *hic primus & principalis est articulus. In hoc articulo sita sunt & consistunt omnia, quæ contra Papam, diabolum, & universum mundum in vita docemus.* Nimirum hic articulus trahit post se plures alios 1. Sacramenta nullam vim habere justificandi ex opere operato, ac proinde nec parvulis prodelle baptismum ad salutem, nisi credant. 2. Nulla esse merita bonorum operum. 3. Nullam esse veram absolutionem Sacerdotis à peccatis. 4. Nullam Monasticæ vitæ sanctitatem &c. Atque hanc doctrinam de fide justificante sine bonis operibus protaxisse se denuo putat in lucem Confessio Augustana, multo tempore mundo incognitam; nam art. 10. ita gloriatur: *cùm doctrina de fide, quæ tantum diu latuerit ignota, quemadmodum omnes fateri necesse est, de fide iustitia altissimum fuisse silentium &c.* Verùm nihil est, quòd ita Verbo Dei, Patribus, & rectè rationi adversatur, quàm

L. z. z. z. 2.

quàm monstrosus iste error de sola fide justificante. Mihi constitutum hic est solummodo Patrum sententias afferre, ut constet, quid Antiqua Ecclesia circa hoc dogma crediderit.

S. Clemens Romanus l. 3. Constit. Apost. c. 12. ait: nomen viduitatis non introducet eos in regnum cælorum, sed potius vera fides, & opera sancta.

S. Irenæus l. 1. c. 20. damnat Simonem Magum, quòd docuerit, homines salvari secundum gratiam Dei, sed non secundum opera iusta.

Origenes in cap. 4. ad Rom. Puto, quòd prima salutis initia, & ipsa fundamenta, fides est: profectus verò, & augmenta ædificij, spes: perfectio autem & culmen totius ædificij Charitas.

Idem tract. 32. in Matth. qui profitentur quidem fidem in Jesu, non autem præparant se bonis operibus ad salutem, assimilantur Virginibus fatuis.

S. Theodoretus ad Psal. 96. postquam non sola fide nobis opus est, verum etiam bonis operibus, necessariò & hanc admonitionem Propheta adfert: qui diligitis Dominum, odite malum.

S. Hilarius in Matth. Cap. 7. Salus gentium omnis ex fide est, & in præceptis Domini vita est universorum.

S. Ambrosius ad cap. 4. Hebr. sic ait: magna res est fides & salutaria, & sine hoc non est salvari possibile; sed sola fides non sufficit; operari fidem

per dilectionem, necessariùm est, & converteri dignè Deo. *Item epist. 82. qua nobis salus esse potest, nisi jejuniò eluetimus peccata nostra? cum Scriptura dicat: jejunium & eleemosyna à peccato liberant. Qui sunt hi Præceptores novi, qui meritum excludunt jejuniij? nõnne Gentilium vox ista est, dicentium: manducemus & bibamus? Ex quibus patet, quàm immeritò S. Ambrosium pro se citet Confessio Augustana.*

S. Chrysost. homil. 30. in Joan. cum dicit: hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, nolimus hoc nobis ad salutem satis arbitrari. Opus namque nobis est, & vitæ & morum puritate pollere &c. Non dicimus, satis esse solam fidem ad salutem, quod, quæ de ista sæpe in Evangelij dicuntur, ostendunt &c. Nisi mores sequantur, sequetur supplicium.

S. Hieron. epist. 27. ad Eustoch. c. 14. fides & opera tua Christo te lociant.

S. August. to. 4. de fid. & oper. c. 12. Illud excutiendum est ex cordibus Religiosis, ne mala securitate salutem suam perdant, si ad eam obtinendam sufficere solam fidem putaverint: bene autem vivere & bonis operibus viam Dei tenere neglexerint. Nam etiam temporibus Apostolorum, non intellectis quibusdam subobscuris sententijs Apostoli Pauli, hoc eum quidam arbitrari sunt dicere &c. Cum ergo dicit Apostolus, arbitrari se, iustificari hominem per fidem sine operibus legis; non hoc agit, ut percepta ac pro-

ſella fide opera juſtitiae contemnuntur, ſed ut ſciat ſe quiſque per fidem poſſe juſtificari, etiamſi legis opera non praecellerint. Sequuntur enim juſtificatum, non praecedunt juſtificandum &c. quoniam ergo haec opinio tunc fuerat exorta, alia Apoſtolicæ epiſtolæ Petri, Joannis, Jacobi, Judæ contra eam, maxime dirigunt intentionem, ut vehementer adſtruant, fidem ſine operibus nihil prodeſſe; ſicut etiam Paulus non quamlibet fidem, qua in Deum creditur, ſed etiam ſalubrem, planèque Evangelicam definivit, cujus opera ex dilectione procedunt: *ſi fides*, inquit, *quæ per dilectionem operatur*. Unde illam fidem, quæ ſufficere ad ſalutem quibusdam videtur, ita nihil prodeſſe aſſeverat, ut dicat: *ſi habeam omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatē autem non habeam, nihil ſum &c. Plenitudo enim legis charitas.*

Concilium Arauſicanum Can. 18. ita definiit: debetur merces bonis operibus, ſi fiant, ſed gratia quæ non debetur, praecedit, ut fiant.

*De Satisfactione bonorum Operum,
& Penitentia.*

Vicinus priori error eſt, quo Confeſſionis operibus bonis hominis juſtium ſatisfactoriam negant art. 15. Conf. Auguſt. Nos quidem non aſſerimus, quod opera bona immediate ſatisfaciant pro peccatis, ut tamen nobis aſſingit Confeſſio Auguſtana art. 12. de Penitent. & art. 5. de abuſibus ubi dicit, Catholicos docere, noſtra opera eſſe ſatisfactoria pro peccatis,

ſi promereri juſtificationem: quod falſum eſt. Sed hoc dicimus, opera hominis juſti, ſeu jam juſtificati per gratiam Sanctificantem, præter meritum ſuum etiam ſatisfacere pro *pœnis temporalibus*, quæ poſt dimiſſum peccatum homini adhuc exſolvendæ ſunt vel in hac vita vel in igne Purgatorio alterius vitæ; nam *pœna aeterna*, cujus reatus contrahitur per peccatum mortale, remittitur gratis cum peccato mortali, quando ex meritis Chriſti juſtificatur homo per abſolutionem Sacramentalem, vel per actum amoris perfecti. Videamus, quid ſenſerit hac de re Eccleſia Antiqua.

Origenes homil. 6. in Exod. ait: poenitendo, ſendo, ſatisfaciendo delectat, quod admiſſum eſt.

S. Cyprianus ſerm. de lapſis: Dominus orandus eſt, Dominus noſtra ſatisfactione placandus.

S. Baſilius in orat. ſuper attende tibi: magnum eſt & grave peccatum & multa opus habes confeſſione, lacrymis amarulentis, peracri contentione vigiliarum, indivulſo & continenti jejunio.

S. Ambroſius ep. 82. ad Eccleſ. Vera cell. quæ nobis ſalus eſſe poteſt, niſi jejunio eluerimus peccata noſtra? Et ad Virginem lapſam c. 8. grande ſcelus grandem neceſſariam habet ſatisfactionem.

S. Hieronymus in cap. 1. Joël. qui peccator eſt, & quem remordet propria conſcientia, cilicio accingatur &c. & cubet vel dormiat in ſacco, ut præteritas delicias, per quas offenderat Deum, vitæ aſteritate compenſet.

Leo primus epist. 91. ad Theodorum
c. 2. Mediator Dei & hominum homo
Christus JESUS hanc Præpositis Eccle-
siae tradidit potestatem, ut Confitentibus
actionem penitentiae darent, & eos-
dem salubri satisfactione purgatos ad
Communione Sacramentorum per
januam reconciliationis admitterent.

S. August. homil. 50. inter 50. c. 5.
Non enim sufficit mores in melius com-
mutare, & à factis malis recedere, nisi
etiam de his, quæ facta sunt, satisfiat
Deo per penitentiae dolorem, per hu-
militatis gemitum, per contriti cordis
Sacrificium cooperantibus eleemosynis
&c. non enim dictum est, ut tantum
abstineatis à peccatis, sed & de præ-
ritis, inquit, deprecare Dominum, ut
tibi dimittantur.

*S. Theodoretus in Epitome Divino-
rum Decret. c. de penit.* Sunt medica-
bilia autem non per solam fidem data
remissione, sed per multas lacrymas, &
fletus, & luctus, & jejunium, & ora-
tionem, & laborem facti peccati quan-
titati commoderatum.

De Confessione Auriculari

7. Sacramentum Penitentiae valde mu-
tilant Confessionistæ, quippe *Satisfac-
tionem*, quæ juxta Catholicos spectat
ad Penitentiam, omnino eliminant
art. 15. cit. *Confessionem* verò peccato-
rum, quæ est altera pars Penitentiae,
non necessariam, imò impossibilem
asserunt art. 4. de abus. Retineat quidem
Absolutionem, sed inanem & ineffica-
cem, utpote per quam non remittitur
peccatum, sed solum denuntiatur esse

remissum. Nos hic duntaxat de *Confes-
sione Auriculari*, Lutheranis adeò
exosa, differemus, quam contra Con-
fess. August. non modò possibilem as-
serimus, sed & necessariam, scilicet re-
spectu peccatorum mortalium, quæ
post diligens examen memoriae occur-
runt; Catholici enim nullam obliga-
tionem imponunt confitendi peccata
venialia, aut mortalia memoria peni-
tentis non occurrentia: nihilominus
tamen & illa, quorum inculpabiliter
non recordamur, per absolutionem
Sacramentalem indirectè remitti docent.
An conformiter Antiquæ Ecclesiae con-
fessionem ita urgeant, nunc placeat
percipere.

Tertullianus lib. de Penit. c. 10.
de ijs, qui erubescunt coram Sacerdo-
te sua peccata confiteri, ita ait: pe-
rosque publicationem sui aut suffugere,
aut de die in diem differre, pudoris
magis memores, quàm salutis: velut
illi, qui in partibus verecundioribus
contracta vexatione conscientiam me-
dentium vitant, & ita cum erubescen-
tia sua pereunt.

Origenes hom. 2. in Levit. est ad-
huc & septima, licet dura, & laborio-
sa, per penitentiam remissio peccato-
rum, cum peccator &c. non erubescit
Sacerdoti Domini indicare peccatum
suum, & querere medicinam, secun-
dum eum, qui ait: *dixi, pronuntiabo
adversum me injuriam meam Do-*
*mino, tu remisisti impietatem cordis
mei:* in quo impletum est illud, quod
Apostolus dicit: *si quis infirmatur, vo-*
cet Presbyteros.

S. Cyprianus l. 3. epist. 16. Coni-
scantur

teantur singuli, quæso, fratres, delictum suum, dum adhuc, qui deliquit, in sæculo est, dum admitti confessio facta per Sacerdotes apud Dominum grata est.

S. Basilius in Reg. brevior. Reg. 228. necessarii ijs peccata aperiri debent, quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei.

S. Gregorius Nyssenus orat. in mulierem peccat. Audacter ostende Sacerdoti, quæ sunt recondita, animi arcana, tanquam occulta vulnera Medico retegge.

S. Chrysostomus hom. 30. in Genes. Nunc (in hebdomade majore) magis continuanda sunt preces, faciendaque diligens & pura confessio peccatorum.

S. Hieron. in c. 10. Ecclesiaste: si erubescat agrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina, non curat.

S. Ambrosius exhort. ad pœnit. agenda. Non solum post pœnitentiam ab istis peccatis intus homo observare se debet, sed & ante pœnitentiam, dum sanus est: quia nescit homo, si possit pœnitentiam accipere, & confiteri Deo & Sacerdoti peccata sua.

S. Augustinus de visitat. infirmorum c. 4. Sunt quidam, qui sibi ad salutem sufficere autumant, si soli Deo, cui nihil occultum est, sua confiteantur crimina. Nolunt enim, aut erubescunt, sive dedignantur ostendere se Sacerdotibus, quos tamen inter lepram & lepram discernere per Legislatorem Dominus constituit &c. ergo ad te venire roges Sacerdotem, & fac ipsum

conficientiarum tuarum penitus participem.

Idem l. 50. hom. 41. quia si ad ultimum steterit, nescit, si ipsam pœnitentiam accipere, & Deo ac Sacerdoti peccata sua confiteri poterit.

De Communionem sub utraque specie.

Magno semper ardore contenderunt Confessionista, *Preceptum Divinum* esse sub utraque specie S. Communionem fidelibus porrigere. Quin in libello *Interim*, anno 1548. edito, Protestantes cum Catholicis conspirarunt in omnibus, rejecta Confessione Augustana, exceptis his duobus, ut nempe Communionem sub utraque specie & Conjugium Sacerdotum fidelibus libera concederentur usque ad definitionem Concilij, quod & à Carolo Imperatore obtinuerunt. Tale *preceptum Divinum* existere negant Catholici, asserentes, penes Ecclesiam esse, unam vel duas species præscribere, prout visum fuerit. An id ipsum censuerit Antiqua Ecclesia, mox patebit.

Ipsè Christus Dominus Luca 24. duobus discipulis in Emaus sub una tantum panis specie Corpus suum tradidit, uti docet *S. Hier. in Epitaphio Paula*, *S. Aug. de consens. Evang. c. 25. item ep. 59. ad Paulinum*, *S. Chrysost. seu Auct. Operis imperfecti in 17. Matth. Theophylactus in 24. Luc. & alij*, ut videre est apud *P. Kedd in Constantino Magno.*

Concilium Nicænum, S. Basilius M. Eusebius l. 6. c. 36. S. Cyprianus serm. de

de laps. *Iustinus in apol. 2. testatur*, in primitiva & Apostolica Ecclesia usitatum & licitum fuisse sub una specie communicare, & Eucharistiam ad longum tempus, imò ad annum integrum fuisse asservatam sub una specie pro infirmis. Item fideles Eucharistiam sub sola panis specie ex templo domum detulisse, ut tempore opportuno sumerent. Quod testatur *Irenaeus epist. ad Vict. Iustinus M. S. Cyprianus serm. de spectacul. Clemens Alexandr. l. 1. Strom. & alij.*

Certè omnibus saeculis atque in pluribus locis receptum fuisse usum unius tantum speciei, satis demonstrari potest. Nam pro primo saeculo id legitur in Evangelio de duobus Discipulis in Emaus: de primis Christianis Actorum 2. *Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis.* Textus Syriacus habet: *in fractione Eucharistiae: de primis fidelibus convenientibus ad frangendum panem Act. 20.* Pro secundo saeculo testatur *Tertullianus l. 2. ad Uxorem, & l. de Oratione & Corona Militis, Clemens Alexandrinus l. 1. Strom.* Pro tertio *Cyprianus serm. de Lapsis, & Patres Conc. Niceni Can. 12. & 14. Conc. Laodicensis Can. 49.* Pro quarto *Basiliius in ep. ad Casariam Patrisiam, Innocentius l. ep. ad Degentium c. 4. & Conc. Sardicenses c. 1.* Pro quinto *Prosper Aquitanicus l. de praedict. & promiss. Dei c. 6.* Pro subsequentibus saeculis longè plura afferri possent testimonia, nisi de primis quinque tantum agere placeret.

Sed quid multum contendo, nul-

lum esse praecipuum à Christo datum sumendo Eucharistiam sub utraque specie? cum ipsimet Protestantes in Comitijs Augustanis 1530. 20. Aug. in habita collatione fateantur, *corpus Christum, nempe Corpus & Sanguinem &c. contineri etiam sub una specie, neque damnent eos, qui olim unam tantum speciem sumpserunt; aut hodie sumunt, cum credant, eos non iniq̄e agere.* Ita iudicant duo Principes Protestantium, *Joannes Fridericus Saxoniae Dux, Georgius Marchio Brandenburgensis, duo Jurisconsulti Gregorius Pontanus & Hellerus, tres Theologi Philippus Melanthon, Erhardus Schnepfius, & Joannes Brennius, ad id deputati, uti videre est apud Georg. Coestinum Lutherannum tom. 3. hist. Comit. August. mih. f. 42. & seqq. Ipsemet Lutherus, turbarum & dissensionum circa utramque speciem auctor, nullum agnovit praecipuum sumendi utramque speciem; nam in epist. ad Bohemos ait: *Quamvis pulchrum quidem esset, utraque specie in Eucharistia uti, & Christus hac in re nihil tanquam necessarium praecipit, praestaret pacem & unitatem quam Christus utique praecipit, sectari, quam de speciebus contendere.* Et *rom. 2. Germ. f. 100. in alicia editione 10. 7. f. 300. l. de utraque specie Sacramenti; si veneris, inquit, ad locum, in quo una tantum species ministratur, accipe tantum unam, quemadmodum ibi accipiunt; si praebentur duae, duas accipe, nec quicquam singulare inter. De formula Missae* scribens indicat rationem, cur dupli-*

ſcē ſpeciem introduxerit, ſcilicet non præcepto Domini, ſed contradicendi ſpiritu incitante in contemptum Eccleſiæ, dum ſic ait: quin ampliùs dicimus: ſiquo caſu Concilium id ſtatueret aut permitteret (nimirum utramque ſpeciem) tunc minimè omnium nos velle utraque ſpecie potiri; imò tunc primùm in deſpectum tam Concilij quàm ſtatuti ſui vellemus aut alteratrâ ranrùm, aut nequaquam utraque potiri &c.

Neque obſtant varij SS. PP. textus, quibus utramque ſpeciem à Chriſto præceptam eſſe contendunt Kemnitiuſ & alij Sectarij; quippe ſciendum eſt 1. Olim fuiſſe liberum uſum Calicis; & ideo Patres dicere potuerunt, illum debuiſſe eſſe communem omnibus, & omnes habere juſ quoddam ad Calicera, eùmque per ſuos Miniſtros datam eſſe etiam populo à Chriſto Domino, invitante omnes, ut ex eo biberent; item dicere potuerunt, uſum Calicis eſſe ſalutarem omnibus, in eo fieri commemorationem Mortis Chriſti, atque figuras quasdam veteris Teſtamenti impleri &c. Sciendum 2. In Evchariſtia ſub ſpecie panis non ſolum contineri Corpus Chriſti tanquam cibum, ſed etiam Sanguinem tanquam potum, & hinc Patres dicere poterant, potum Sanguinis eſſe neceſſarium ad vitam Spiritualem, non tamen in ſpecie potabili, cùm Sanguis etiam ſub alia ſpecie accipiatur, & effectum potùs Spirituales conferat; item dicere poterant, tum demum ex omni parte communicari completè & perfectè, quando utraque ſpecies uſurpatur,

R. P. Piſhler Theol. Polemicæ,

nempe propter expreſſiorem ſignificationem effectuum hujus Sacramenti. Sciendum 3. Manichæos & Præſcillianiſtas vinum omne tanquam creaturam malam abominatos tantùm ſub ſpecie panis communicãſſe, & ſe Catholicorum caribus ſæpius immiſciſſe, atque inter illos ſumpſiſſe Sacramenta: ut igitur iſti hæretici detegerentur, Leo M. & Gelafius I. præceperunt Communionem etiam Laicis ſub utraque ſpecie, quod tamen præceptum ultra 50. annos non durãſſe dicitur: unde iterum Patres aſſerere poterant, grandi ſacrilegio dividi Myſterium, quia nempe à Manichæis fiebat ex ſuperſtitione. Sciendum 4. Uſum Calicis à Chriſto eſſe permiſſum & per ſe non prohibitum Laicis, licèt in Antiqua Lege populo fuiſſet prohibitus uſus quarundam rerum in Sacrificijs, quibus participare tantùm licebat Sacerdotibus; quare Patres rectè dicebant, populum in Nova Lege non diſſerre à ſacerdote, ſcilicet quoad permiſſionem, à Chriſto factam, ſumendi de toto Sacrificio. Sciendum 5. Sacerdotibus eſſe præceptum ſub utraque ſpecie conſecrare & ſumere Evchariſtiam: & idcirco Patres ſæpe intelligendi ſunt de ſolis Sacerdotibus, quando videntur adſtruere obligationem ſumendi utramque ſpeciem.

De Conjugio Sacerdotum & Religioſorum.

Facundos plerumque & calentes diſputatores facit hæc controverſia Confeſſionistas, quia nempe pro thalamo &

Aaaa

&

& uxori bus est. Ipsa Confess. August. vix aliud ita ardentem & fuisse videtur iugere, quam nuptias Sacerdotibus & Religiosis aut necessarias aut certe licitas esse, non obstante lege Ecclesiastica & votis Deo factis, ut patet ex art. 2. & 6. inter abusus. unde & factum, ut scelerati Sacerdotes & perfidi Monachi ferè turmatim ad sacrilegas nuptias peruersis illis temporibus convolarent, in societatem vocatis plurimis etiam Monialibus. An id etiam permiserit Antiqua Ecclesia, investigare nunc placet.

S. *Clemens Romanus can. 27. Apost. dicit*: in nuptiis autem, qui ad Clerum proveci sunt, precipimus, ut, si voluerint, uxores accipiant, sed Lectores Cantoresque tantummodo.

Idem constituit. Apost. l. 4. c. 13. De Virginitate verò mandatum non accepimus. Quare hanc rem potestati cuiusque voluntatis permittimus, ut votum. Illud modò monemus: ne quid facile vel leviter promittatur. Siquidem Salomon ait: melius esse non fecisse votum, quam factum non reddere.

S. *Epiphanius haresi 61.* Tradiderunt Sancti Dei Apostoli peccatum esse, post decretam virginitatem ad nuptias converti.

S. *Cyprianus serm. de Navitate Christi*: Etsi bona sunt & à Deo instituta conjugia, melior tamen est continentia, & virginitas excellentior, quam non cogit necessitas aut mandatum, sed perfectionis suadet consilium.

S. *Hieron. lib. contra Vigilant.* quid

facient Orientis Ecclesie? quid Aegypti, & Sedis Apostolicae, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes; aut si uxores habuerint, mariti esse desistant?

Concilium Carthaginense II. can. 2. omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vel qui Sacramenta contrectant, etiam ab uxoribus se abstineant: ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus.

Clemens Alexand. l. 3. Strom. Dominus dixit, qui uxorem duxit, repudiet eam; qui non duxit, non ducat: qui autem profectus est, se nunquam ducendum, sine uxore perseveret.

S. *Basilius in proem. Const. Monast.* qui in mundi incendio liber esse cupit, nuptias velut pedicæ quasdam fugit: his autem relictis vitam suam Deo consecrat, & castitatem profiteretur, ut neque facultas ipsi sit conversionis ad nuptias.

S. *Augustinus l. 1. de adult. Conjug. c. 24.* quod cuiquam, antequam vovisset, licebat, cum id se nunquam facturum voverit, non licebit; si tamen id voverit, quod vovendum fuit, sicut est perpetua virginitas.

S. *Hieronymus l. 1. contra Jovin. c. 7.* si nupserit virgo, non peccavit. Non illa virgo, quæ semet Dei cultui dedicavit; harum enim si qua nupserit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit &c.

De Jejunio.

Cum totus Lutheranismus id præci-
pue

puè intendat, ut ea, quæ carni ac sensibus molesta sunt, removeat, & conscientie libertatem, ut vocant, ac mera solatia suis propinet, etiam jejunia Ecclesiastica, quæ certis diebus certos cibos prohibent, ardit Conf. August. & tanquam traditiones humanas damnat, vel saltem indifferenter tantum observanda proponit. Sed contra usum & praxim Antiquæ Ecclesiæ Romanæ, ut mox palam fiet.

S. Clemens Romanus Canone Apost. 68. pronuntiat: Siquis Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel Lector, vel Cantor sanctam Paschæ Quadragesimam non jejunat &c, præterquam si propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur. si Laicus sit, segregetur.

Origenes homil. 10. in Leviticum. Nec hoc tamen ideo dicimus, ut abstinentiæ Christianæ fræna laxemus. Habemus enim Quadragesimæ dies jejunijs consecratos: habemus quartam & sextam septimanæ dies, quibus solenniter jejunamus &c.

S. Basilius Magnus hom. 2. de Laudibus Jejunii. Jejunium per omne quidem tempus utile est ijs, qui illud sponte suscipiunt, sed multo magis hoc tempore, quo per universum terrarum orbem undique denuntiatur jejunij præconiium.

S. Ambrosius serm. 25. de Quadragesimâ. Non enim, fratres, leve peccatum est fidelibus indictam Quadragesimam à Domino violare, & jejunia consecrata ventris voracitate dissolvere.

R. P. Pichler Theol. Polemica.

S. August. de heresibus c. 53. Aërius in Arianam hæresim lapsus propria dogmata affinxit nonnulla, non esse solenniter celebranda statuta Ecclesiæ jejunia, sed eum quisque voluerit, jejunandum, ne videamur sub lege. *Notetur bene hic textus.*

S. Petrus Chrysol. serm. 11. Quod Quadragesimam jejunamus, non humana inventio, sed auctoritas divina est.

Tertull. lib. de jejunio. Bene, quod & Episcopi universæ plebi jejunia mandare assolent.

S. Hieron. epist. ad Marcellam. Nos unam Quadragesimam secundum traditionem Apostolorum tempore nobis congruo jejunamus.

De Invocatione Sanctorum.

Satis non fuit Augustanæ Confessionis Ecclesiam *Militantem* aggredi, ejusque sancta dogmata ac saluberrima statuta convellere, atque supremam arrodere potestatem: sed insuper ausu proterus temerario os suum in cælo posuit, & Ecclesiæ Triumphanti (Iconoclastam Copronymum, & Waldenses hæreticos secuta) bellum intulit, audax terra soboles; dum scilicet art. 21. Invocari non vult Sanctos Calites, adeoque nec ipsam Deiparentem, ex specioso prætextu, ne Christo Mediatori nostro unico inferatur præjudicium. Novit scilicet Oreus, quanta subsidia è cælo sibi procurent devotæ fidelium preces, & ideo hanc viam præcludere totis viribus contendit. Aliter longè sensit pia Christianæ Religionis antiq-
tas:

Aaaaa 2

tas:

tas; aliter longè fecit antiqua Patrum nostrorum pietas, ut statim apparebit.

In Liturgia Ecclesie Romana, primum à D. Petro facta, ita habetur: Domine Deus Omnipotens, qui solus sanctus es, & in Sanctis requiescis, suscipe de ore nostro peccatorum hunc ter sanctum hymnum, nobis misericordias tuas & miserationes largiens intercessionibus sancte Dei Genitricis, & omnium Sanctorum tuorum, imprimis sancte, gloriose, sempèrque Virginis Mariæ, & beatorum Apostolorum, & Martyrum, & omnium Sanctorum, quorum intercessione & precibus concede, ut in omnibus tua protectione muniamur. Similia habent *Liturgia Ecclesie Hierosolymitana auctore D. Jacobo* *Liturgia Ecclesie Aethiopicæ auctore M. theo Evangelista*, ut creditur, *Liturgia Ecclesie Mediolanensis, primum à S. Barnaba scripta, postmodum à D. Ambrosio aucta, Liturgia Basilij*, ut videre est apud Coccium. Demque *Liturgia seu Missale*, quod hodièdum in usu est in Ecclesia Romana, in quo jam ultra 1200. annos ita precamur: communicantes & memoriam venerantes imprimis gloriose semper Virginis, beatorum Apostolorum &c. & omnium Sanctorum, quorum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.

Origenes in Lament. Incipiam me genibus prosternere, & deprecari universos Sanctos, ut mihi, non audenti perire Deum propter similitudinem peccati, succurrant. *De Principijs l. 2. c. 12.* Cum ad caelestia loca pervenerint Sancti, tunc jam rationem astro-

rum per singula pervidebunt, & sive animantia sint, sive quicquid illud est, comprehendent. Sed & alias rationes operum Dei, quas eis revelabit, intelligent. Hanc posteriorem textum ideo adduxi, quia sunt, qui negare audent, Sanctos non cognoscere absentia, & vota precèsque supplicum.

S. Hieron. adversus Vigilantium c. 3. Si Apostoli & Martyres, adhuc in corpore constituti, possunt orare pro cæteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti: quantò magis post coronas, victorias, & triumphos? Unus homo Moyses sexcentis millibus armatorum impetrat à Deo veniam: & Stephanus pro peccatoribus veniam deprecatur: & postquam cum Christo esse coeperint, minus valebunt?

S. Basilium M. epist. ad Julianum Apostatam. Suscipio sanctos Apostolos, Prophetas, Martyres, qui pro me apud Deum supplicant, quòd per illum mediationem propitijs mihi sit Deus noster, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur.

S. Chrysost. Serm. de Juvent. & Maxim. M. M. Ut milites vulnera, quæ sibi in prælijs sunt inflicta, Regi monstrantes fidenter loquuntur: sic hi insecta capita gestantes & in mediam afferentes, quæcunque voluerint, apud Regem caelorum impetrare possunt.

S. Theodoretus Græcorum affectuum l. 8. Non qui se ad Deos accedere arbitrantur (dum nempe Martyres rogant miseri Mortales) sed qui orent Dei Martyres tanquam divinos homines, intercessoresque sibi eos apud Deum advocent, & precentur. *Piè verò fide-*

fideliciterque precatos ea maxime confe-
qui, quæ desiderant, testantur illa, quæ
votivum tui dona persolvunt.

*S. Ambrosius orat. 2. preparante ad
Missam.* Et ut ellicax mea sit depre-
catio, beate Maria Virginis suffragia
peto. *Ei lib. de Viduis.* Obsecrandi sunt
Angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium
dati sunt: Martyres obsecrandi &c.
possunt pro peccatis rogare nostris, qui
proprio sanguine etiam, si qua habue-
runt, peccata laverunt.

S. Augustinus serm. 18. de Sanctis.
Sancta Maria succurre miseris, juva
pusillanimes, refove debiles, ora pro
populo, interveni pro Clero, intercede
pro devoto saminico sexu: sentiant
omnes tuum juvenem, quicumque cele-
brant tuam commemorationem. *Ad
Psal. 85.* Dominus noster Iesus Chri-
stus adhuc interpellat pro nobis: omnes
Martyres, qui cum illo sunt, interpel-
lant pro nobis. Non transeunt eorum
interpellationes, nisi cum transit gemitus
noster. Annotat. in Job. c. 14.
*miseremini mei miseremini mei o ami-
ci mei.* Angelos videtur postulare, ut
pro eo deprecantur, aut certe Sanctos,
ut pro peccante orent.

Colloceamus & Saul inter Prophetas,
seu Lutherum inter Patres, qui quam-
vis alibi iterum neget, tamen de decem
præceptis c. 5. affirmat, nos per Sanctos
plurima obtinere à Deo posse. Omnes
Sancti, inquit, omnia possunt, & tan-
tum tibi per eos datur à Deo, quantum
te credis accepturum &c. *Ei in respon-
sione ad Lovanienses.* Non negavi
unquam meritis ac precibus Sanctorum,
quantumlibet imperfectis, juvari, quod

subdole mihi inurere conantur miseri
homines.

De Potestate Ecclesiastica.

Sicut Augustanam Confessionem se- 122
rè totam vulpina hypocrisis representa-
vit Carolo Imperatori, ceterisque Im-
perij Statibus subdolos Melanchthon,
probe gnatus, si suam ac Lutheri fidem
ostenderet nudam, & ingenuè syncerè-
que, prout erat, profiteretur, exsecra-
tioni fore omnibus, nec unquam futu-
rum, ut publica Imperij Lege tolerare-
tur. Ita in ultimo articulo, ubi agitur
de potestate Ecclesiastica nunquam no-
minat *Summum & Romanum* Pontifi-
cem, sed solum potestatem Episcopo-
rum in genere invadit & limitat in favo-
rem potestatis Civilis & Principum sæ-
cularium, quos sibi hoc pacto demere-
ri cupit; ne scilicet Summum Pontifi-
cem ejusque fidos affectas contra se &
conatus suos irritet, licet occultè vel
maximè impugnet potestatem Summi
Pontificis, quam confundit cum pote-
state aliorum Episcoporum. Sed reve-
rentior fuit Antiquitas erga Romanum
& Summum Episcopum.

S. Anacletus epist. 1. docet quòdli
difficiliores ortæ fuerint quæstiones, aut
Episcoporum vel Majorum judicia, aut
majores causæ fuerint, ad Sedem Apo-
stolicam referantur; quoniam Aposto-
li hoc statuerunt, jussione Salvatoris,
ut majores & difficiliores quæstiones
semper ad Sedem deferantur Apostoli-
cam, super quam Christus universam
construxit Ecclesiam, dicente ipso ad
B. Apostolorum Principem Petrum:

tuus Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.

S. Cyprianus epist. 40. ad plebem universam: Deus unus est, Christus unus, & una Ecclesia, Cathedra una, super Petrum voce Domini fundata, Aliud altare constitui, aut novum Sacerdotium fieri prater unum altare, & unum Sacerdotium, non potest. Item epist. 55. sine l. 1. ep. 3. Neque enim aliunde hareses oborta sunt, aut nata sunt Schismata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Judex vice Christi cogitatur.

S. Arbanasus in epist. ad Felicem Papam: ob id vos, Prædecessoresque vestros, Apostolicos videlicet Præsules, in Summitatis arce constituit, omniumque Ecclesiarum curam habere præcepit, ut nobis succurratis &c.

S. Hieron. in epist. ad Damasum, de nomine Hypostasos. Non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum, quicumque tecum non colligit, spargit, hoc est, qui Christi non est, Anti-Christi est.

S. Cyrillus in libro Thesauri. Petro omnes jure divino caput inclinant, & primates Mundi tanquam ipsi Domino JESU obediunt. Item: Debemus nos, ut qui membra sumus, Capiti nostro Romano Pontifici & Apostolica Sedi adherere.

S. Prosper l. 2. de vocat. gent. c. 6. Roma per Sacerdotij principatum amplior facta est arce Religionis, quam solio potestatis.

S. Theodoretus in ep. ad Renatum

Rom. Precor, ut Sanctissimo Archiepiscopo Leoni persuadeas, ut Apostolica utatur auctoritate, jubeatque ad vestrum Concilium adire. Tene enim sancta ista Sedes gubernacula regendarum cuncti orbis Ecclesiarum.

Concilium Nicanum, ut citatur in Conc. Chalced. act. 16, Ecclesia Romana semper habuit primatum. Ipsum vero Concil. Chalcedonense art. 1. 2. & 3. Leonem Papam vocat sapientissimum Universalis Ecclesie Pontificem.

Ex quibus, opinor, satis liquet, quænam Ecclesia, nostra an Confessionistica, magis conspiraret cum Ecclesia Catholica primitiva antiqua, adhuc incorrupta etiam juxta adversarios. Liqueat pariter, quantum decipiant vel decipiantur Confessionistæ, qui suam doctrinam primitivæ Ecclesie conformem arbitrantur, vel jactant, vel etiam per suam fraudem rudi populo ita venditant. Liqueat, quod irritò conatu auctoritatem suæ Confessioni conciliantur ab Ecclesia Romana Antiqua; cum contra ipsos, & pro Romano-Catholicis, non solum Patres, sed etiam Annales Ecclesiastici, aliæque aperta Antiquitatis monumenta luculentè testentur. Sic Antiquitatem Ecclesie Romanæ testatur perpetua successio Romanorum Pontificum in Cathedra S. Petri, consecratio Episcoporum, ordinatio Sacerdotum, Collegiata & Cathedralis Ecclesie vetustissima, veterima Instituta Monastica, perantiqua Monasteria, Lipsana Sanctorum jam pridem pretiosis thecis inclusa ad publicam venerationem, præcæ artis imagines Christum referentes, aut B. Virginiæ,

mem, aut alios Sanctos, festa Deipare
& aliorum Sanctorum jam olim celeb-
ran solita, calices vestesque Sacerdota-
les, & similes apparatus ad Sacrificium
Missæ, more Catholico litandum, de-
putati &c.

ARTICULUS IX.

*An Confessio Augustana sufficientem auctoritatem obtineat ab ipsa
doctrina, quam continet, & propter quam Confessionista se
vocant Evangelios ?*

SUMMARIUM.

- | | |
|---|---|
| 1. Doctrina vera Ecclesia debet esse
Pura, Sancta, Evangelica. | 5. Nec Evangelica. |
| 2. Utrum talis sit doctrina Confessio-
nis, | 6. Et ideo perperam Confessionista
vocantur Evangelici. |
| 3. Ut inde mereantur Confessionista
vocari Evangelici? | 7. Non pari jure negatur nobis nomen
Catholicorum, quo ipsis negatur
titulus Evangelicorum. |
| 4. Probatur, quod doctrina Conf. Au-
gust. non sit pura, & sancta. | |

17 Sciendum 1. Doctrinam veram Eccle-
siae, cum debeat esse à Deo vel à
Christo, necessariò esse puram, san-
ctam, Evangelio & reliquæ Scripturæ
S. conformem. Pura erit, si nullum
dogma contineat indignum Deo, ratio-
ni dilionum, à veritate alienum, &
ad peccata inducens. Sancta, si se-
ctatores suos dirigat ac impellat ad vir-
tutes & omnem vitæ sanctitatem. Con-
formis Evangelio & sacris litteris, si
vel ex his desumpta, vel saltem deducta
sit.

2. Sciendum 2. Doctrinam Lutheri
simpliciter nec puram, nec sanctam,
nec Evangelicam esse, uti articulo. 2.
demonstravimus. Nunc videndum,

utrum saltem illa Lutheri doctrina;
quæ inserta est Confessioni Augustanae,
has dotes habeat, ut propter illas me-
reatur recipi ut divina. An conformis
sit reliquæ Scripturæ S. in articulo 12.
examinabimus: nunc autem, utrum sit
pura, sancta, Evangelica.

3. Sciendum 3. Lutheranos profus
arroganter se vocitare Evangelicos, si-
cut Calvinistæ perperam se vocant Re-
formatos. Utrum honorificus iste ti-
tulus ipsis competat, clarè patebit,
postquam constiterit, an eorum doctri-
na Evangelio conformis, imò confor-
mior sit, quàm Catholicorum, aut eti-
am Calvinistarum, Zwinglianorum &c.
Si enim doctrina non est Evangelica. ex
aule

nullo profus titulo se Evangelicos jactant.

Dico. 1. Doctrina Confessionis Augustana non est pura, & sancta. Probat: illa doctrina non est pura & sancta, quæ veris & bonis immiscet falsa & impia, nec ad virtutes, sed potius ad peccata inducit: sed talis est doctrina Confessionis Augustana in pluribus locis: ergo non est pura & sancta. Ma. est clara, Mi. prob. Quantumvis cautè & circumspèctè ornate laboraverit doctrinam Confessionis Compiler Melanchthon, dissimularis ijs, quæ nimis apertè pias aures offenderent & oculos, tamèn attentè legentibus plura occurrunt crassa mendacia, & bonis moribus perniciofa. Ex mendacijs solummodo tria afferam, licèt plura contineat. 1. ex art. 20. ubi dicitur, apud Catholicos doctrinam fidei diu jacuisse ignotam, & de fide mirum fuisse silentium, Concionatoribus tantùm puerilia opera urgentibus. 2. Ex art. 24. ubi Catholicis affingitur opinio, quasi Christus in Passione sua solùm pro peccato Originis satisfecerit, per Missam verò satisfiat pro peccatis mortalibus & venialibus vivorum & mortuorum. 3. In art. 28. ubi arguuntur Episcopi, & dicuntur nullum recipere, nisi prius juraverit, se puram Dei Evangelij doctrinam nolle docere. Ex impijs dogmatibus pariter tria tantùm perstringam, nempe 1. quòd doceat, hominem justificari sola fide, sine bonis operibus aliarum virtutum. 2. Sanctos non esse invocandos. 3. Vota Religiosa, ritè Deo facta, non obligare. Adeòque hæc

doctrina Deum & sanctos privar debito & comperenti cultu, homines verò auxilio & patrocinio Sanctorum, & meritis apud Deum, ac demum ad vitia promptos, ad virtutis verò exercitium desides reddit, eò quòd peccata non obsint, modò fides sit integra; opera verò bona nihil prosunt, vel saltem necessaria non sint. Ergo Confessio Augustana veris & bonis, quæ habet à Catholicis, ex sermone Lutheri immiscet falsa & impia.

Dico 2. Doctrina Confessionis Augustana non est Evangelica. Probat. Illa doctrina non est Evangelica, quæ non est juxta, sed contra Evangelium: atqui doctrina Confess. August. sapius non est juxta, sed contra Evangelium: ergo. Mi. Prob. quoad privam partem petendo ab Adversarijs vel unicum clarum textum Evangelij pro suis articulis, ab Ecclesia Catholica dissentientibus, v. g. pro sola fide justificante exclusis operibus Legis Christiana, contra calibatum & vota Religiosa, contra auctoritatem & traditiones Ecclesie &c. Altera pars Mi. prob. afferendo textus Evangelij, quibus doctrina Confess. August. quoad prædictos articulos adversatur. De Ecclesiastica Po. estate Mat. 18. sic legitur: si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. De Paupertate, Castitate, & Obedientia voluntaria, quæ apud nos vocantur Consilia Evangelica, eò quòd suadeantur nobis (non præcipiantur) in Evangelio, si velimus majorem perfectionem consequi, varijs in locis fit mentio. De Paupertate Mat. 28. si vis perfectus esse, vende & vende omnia, quæ habes

ber, & da pauperibus, & habebis thesaurum in Cælo. Item: omnis, qui reliqueris domum, vel fratres, vel sorores aut patrem, aut matrem &c. propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Huic Consilio obsecuti sunt Apostoli, quorum nomine Petrus ait: ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Ibid. v. 27. De Castitate Mat. 19. sunt etiam Eunuchi, qui se castraverunt propter Regnum Dei, sed non omnes capiunt verbum hoc. De Obedientia Mat. 16. si quis vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam & sequatur me. De bonis operibus præter fidem requisitis Mat. 7. non omnis, qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in Regnum Cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in Cælis est.

Confirmatur validè utraque præcedens conclusio in hunc modum. Confessio Augustana continet errores antiquorum hæresiarcharum ab Universali primitiva Ecclesia jam damnatos: ergo ejus doctrina non est pura, sancta, & Evangelica, Ant. Prob. Confess. August. art. 4. & alibi docet, hominem justificari per solam fidem sine operibus: sed hanc doctrinam habuit etiam Simon Magus anno Christi 40. teste S. Irenæo l. 2. adv. hæres. c. 20. apud Arsdekin, & teste S. Theodoro l. 1. hæres. fab. Item Eunomiani teste S. Damasc. l. de hæres. quos damnavit Ecclesia circa annum Christi 360. teste S. August. hæres. 54. Rursus Confessio August. docet art. 21. Sanctos non esse invocandos tanquam Intercessores & Me-

R. P. Pichler Theol. Polemica.

diatores. Idem docuit Vigilantius teste S. Hieronymo, Faustus Manichæus teste S. Augustino, & alij hæretici ab Ecclesia damnati teste Cedreno & Nicephoro. Præterea Confessio August. rejicit jejunia Ecclesiastica. Idem fecit Acrius teste S. Aug. de hæres. 3. Epiph. Damasc. item & Arriani, qui Catholicis jejunantibus insultabant. Confessio August. concedit libertatem ijs, qui votis castitatis ac Religionis obstricti sunt, celebrandi nuptias, & redeundi ad sæculum. Idem autem sunt Lampetiani teste Damasc. Confessio August. deprimit potestatem Ecclesiasticam Episcoporum omnium, etiam Romani. Idem fecerunt Periliani, Donatistæ, Novatiani &c. Omitto alias hæreses antiquas, quas fovet Lutheranismus, uti dum rejicit Traditiones, & solam Scripturam recipit, qui error fuit damnatus in Ariò, Nestorio, Euthychete, & Dioscoro, ut patet ex Synodo 7. actione 1. & ex S. August. l. 1. contra Maximum c. 2. Dum negat Sacramentum Pœnitentiæ & Confirmationis, quæ doctrina in Novatiani olim proscripta est teste Cypriano l. 4. Epist. 2. Dum dicit Ecclesiam perijisse, & in suo tantum cætu existere, uti olim contra Ecclesiam primitivam senserunt Donatistæ teste S. Aug. l. de Unitate Eccl. c. 12. Similes, inquam, antiquas hæreses, quas fovet Lutheranismus, omitto, quia Confessioni Augustanae non sunt inferatæ, quam solam impugnare statuimus.

Dico 3. Lutherani malè se vocant Evangelicos. Probatnr 1. Si Lutherani jure vocarentur Evangelici, tunc

Bbbbb

ideo

ideo fieret, quia eorum doctrina specialiter esset conformis Evangelio: sed hoc non ita est, uti ostensum in assertione precedente: ergo non jure vocantur Evangelici. Et obicere, ex qua causa vocentur Evangelici, qui ex Evangelio recipiunt solum id, quod ipsorum erroribus patrocinari videtur; omnia verò, quæ adversantur, rejiciunt? Quo jure audiant Evangelici, qui non tantum Consilia Evangelica, in quibus refidet summa perfectio Christiana, spernunt; verum etiam Evangelij præcepta vilipendunt & negligunt? Unde non alio ex capite eos vocari posse *Evangelicos* existimo, quam idèd, quia oppugnant & devastant *Evangelium*, sicut Scipio *Africanus* hoc nomine appellatur, quia debellavit & vastavit *Africam*, nempe per antiphrasim. Id quod insinuat Edictum Wormatiense à nobis recitatum i. ubi dicitur Lutherus sub *Evangelica* professionis nomine omnem *Evangelicam* pacem & charitatem &c. invertere.

Probatum 2. Lutherani non possunt probare, quòd habeant purius Evangelium, quam Calvinistæ, Anabaptistæ, Zwingliani: sed isti non merentur vocari Evangelici: ergo nec Lutherani merentur. Mi. est in confesso apud Confessionistas, Ma. est. tam diu in possessione, donec probent Lutherani, suum Evangelium esse melius, ac purius, quam cæterorum: sed hic labor hoc opus erit. Nam proprium testimonium, quod sibi ipsi tribuunt, tam parùm valet, quam parùm apud Confessionistas valeret testimonium Calvinistarum, quo se ipsos dicerent Evangelicos. Si verò Confes-

sionistis addere placet aliquod distinctivum appellando se *Luthero-Evangelicos*, idem est, ac si dicerent, se non esse pure Evangelicos, sed solum eate-nus, quatenus illud interpretatur Lutherus. Et nunquid simile distinctivum addere possent Calvinistæ, & Zwingliani, sese dicendo *Calvino-Evangelicos*, *Zwinglio-Evangelicos*? Solum itaque illi sunt, & vocari merentur Evangelici absolute, qui purum Evangelium pure tractant, ritè intelligunt, recipiunt & sequuntur totum, quæ apud solos Catholicos fiunt: ergo soli Catholicos sunt & vocari merentur Evangelici, & qui alij hoc nomen sibi arrogant, illud suffragantur Catholicis.

Dices. Si nos Lutheranis negamus titulum *Evangelici*, & ipsi negabunt nobis titulum *Catholicis*, & vocabunt nos *Pontificios* seu *Papistas*: sed hoc modo perdimus titulum pulcherrimum: ergo. Resp. transf. Ma. nam jure nobis hunc titulum negare nequeunt, quia eum possidemus per plura sæcula, & dudum ante Lutheranos in illius quietâ possessione fuimus. N. Mi. Si pgnas Lutheranos, aliosque hæreticos staret, pridem desissemus audire Catholicos; sed quia penes Providentiam divinam res sita est, hunc titulum nobis nunquam eripient, licet ringantur & furant. Nos nullus unquam pseudo-Apostolus abstraxit ab Universali (hoc est, Catholica) Christi Ecclesia, sicut abstracti sunt omnes, qui à nobis egressi defecerunt ad certam sectam. Sic Pelagianos Pelagius, Arrianos Arius, Donatistas Donatus, Manichæos Manes, Calvinistas Calvinus, Zwinglianos Zwing-

Zwinglius, & Lutheranus Lutherus abstraxit à Catholica Ecclesia, & sicut ceteri omnes vocantur à suis Auctoribus; cur Lutherani non ferant se ita vocari ab auctore suo Lutero? forte erubescunt ejus turpitudinem: sed quare non potius erubescunt hominis tam turpis sectari doctrinam? Econtra nos Catholicos nullus unquam Pontifex seu Papa abstraxit ab Universali Ecclesia, nec ullus Papa est nobis auctor nostræ fidei, sed Christus, ejus Pontifex agit vicarium: ideo non pari jure vocamur Pontificij aut Papiste, quo jure Confessionista vocantur Lutherani. Propterea autem, quod pareamus Romano Pontifici seu Papæ, tanquam Capiti Ecclesie, fateamur, nos posse aliquo modo dici Papistas aut Pontificios, hoc est, Papæ addictos: sed iste non est genuinus noster ac debitus titulus; alias etiam primi Christiani in primitiva Ecclesia debuissent dici Papista aut Pontificij, quia etiam parebant Pontifici: sed hoc nomine appellatos nunquam legi antiquos Christianos, bene tamen vocatos scio Catholicos.

Præterea advertendum est, quod in omnibus Comitij Imperij, quæ unquam celebrata sunt, professores Religionis Catholice semper nominati

sunt Catholicos, vel veteri Religioni adherentes, etiam à Principibus Confessionis Augustanæ, nunquam autem Pontificij aut Papiste. Imò in Camera Spiranti (forte nunc etiam in Welslariensi) si contigisset libellum aut Supplicationem aliquam porrigi contra Religionem Catholicam adherentem, atque eum appellari Pontificium, aut Religionis Pontificia, rejici talem libellum à Cæsareo tribunali consuevit, inter alios testatur Justus Springer Lutheranus de pace Relig. c. 14. ubi ait: denique providendum, ne in Supplicationibus contra Catholicos ponatur vocabulum Pöbstlich Pontificia, sed Catholisch / oder die alte Römische Lehr / Catholica vel vetus Romana Religio: alias sine decreto itidem redhibetur libellus, supplicante pro arbitrio mulctato. An par privilegium publica auctoritate obtinuerint Confessionista, ut non possint vocari Lutherani sine mulcta &c. nihil compercum habeo, & haud dubie nec ipsi. Quin sæpius à viris rerum peritis per cepi, Viennæ non semel repulso esse libellos, qui supplicantem Lutheranos vocabant Evangelicorum,

*Evangelica Religio-
nis &c.*

ARTICULUS X.

An Confessio Augustana sufficientem auctoritatem obtineat à sua constantia, quâ semper invariata permansit ?

SUMMARIUM.

1. *Doctrina, quæ à Spiritu S. est, stabilis est & invariata.*
2. *Unde & Lutherani suam Confessionem semper invariata dicit.*
3. *Licet primum & Originale exemplar per multos annos non viderint.*
4. *Nec primum exemplar Germanicum, in Comitij oblatum, concordat in omnibus cum Latino.*
5. *Successu temporis contigero plures & magnæ mutationes, ac deflectiones à Confessione Augustana.*
6. *Ita ut nullum, vel nisi paucissimorum Confessionistas veros, modo reperire sit.*
7. *Ea tamen in confessione sua adhuc retinent Lutherani, quibus suos demulceant, & tepidos Catholicos ad se alliciant.*

1. Sciendam 1. Doctrinam quæ à Spiritu S. proficiscitur, esse firmam, stabilem, perpetuò invariata; nam *verbum Domini manet in æternum*. Unde vix certius signum perversæ doctrinæ, à Deo non profectæ, reperies, quàm si eam pro vario tempore variam, sapiusque mutatam deprehendas.
2. Sciendum 2. Confessionistas, cum bene videant necessitatem constantiæ, quâ invariata semper persistat Confessio sua, novis ejusdem editionibus semper consuevisse præmittere hanc vocem *Invariata, Unveränderte / Confessio Augustana*; quàm verè autem & fideliter id fecerint, brevi patebit. Quippe.
3. Sciendum 3. Ex Didymo Hermannovillano in disq. ubiq. 21. propos. 1.

quòd Confessio Augustana Originalis, ut vocamus, & Authentica non fuerit reddita Confessionistis, postquam Carolo V. in Comitij Augustanis eam obrulerunt, sed in Archivis impetii servata, Latina quidem Bruxellis, Germanica verò Moguntia. Atque sic in cunis quodammodo sepulta est. Nilominus tamen, quamvis Confessionem authenticam non habuerint Confessionista, sed plerumque corruptas, & variatas, in has, tanquam inviolatas, & Originali conformes jurare fecerunt suos Ministros. Idem ferè testatur Illustrissimus Princeps Jacobus Badensis, cujus verba sunt: *Das Original (Auspurgischer Confession) ist weder Lat. inisch noch Deutsch einmahls unverfälscht bis auff 80 Jahr der munderen Zahl in Druck kommen*

men te, sondern auch die erst falsche Druck von Jahren zu Jahren / und wie wir beweisen können / sonderlich zehemahl im Drucken noch mehr erweiteret / versetzt / und verdruckt worden : und doch jedermann in Schuel und Kirchen auff das erste Original, daß sie mit Augen nie gesehen schwören müssen ; welches uns billich in das Herz geschnitten. Ita iste Serenissimus testis, omni exceptione major, a f. 271. usque ad 400. ubi plura, quae huc facerent, adducit. Cui inter alia motiva ingentem stimulum merito addidit toties variata & adeo inconstans Confessio, ut eâ desertâ ad Religionem Catholicam, solidam inconcusâ doctrinâ petram, transferit.

4. Dico 1. Primum exemplar Germanicum, quod in Comitibus Augustanis oblatum est Imperatori Carolo, non convenit cum Latino, pariter tum oblato, sed ab eo in quibusdam punctis magni momenti discrepat, & variat. Probat. In articulo 8. Latinum exemplar dicit *verè credentium*, in Germanico omittitur *verè* wahrhaftig. In art. 9. Latinum sic habet: *de Baptismo docent, quod necessarius sit ad salutem.* Versio Germanica omittit *ad salutem*. In art. 12. Latinum sic sonat: *fides, qua concipitur ex Evangelio seu absolutione.* Germanicum sic reddit: *Glauben an das Evangelium und Absolution, daß die Sünd vergeben.* In art. 21. Latinum ait: *ut imitemur fidem eorum, & bona opera.* in Germanico sic vertitur: *So wir sehen / wie ihnen Gnad widerfahren / auch*

wie ihnen durch Glauben geholffen ist / darzu daß man Exempel nemme von ihren guten Wercken. In fine hujus art. 21. Latinum fatetur: *tota dissensio est de paucis quibusdam abusibus.* Germanica versio, vel potius corruptio, sic interpretatur: *dann die Irzung und Zanck ist über etliche traditionen und Mißbräuch: nimirum tota his versoribus significat dann / & paucis significat omnino nihil, quia illud omittant.* Vide Forerum in seinem Überschlag über den Siernsichtigen Aug-Äpfel. c. 3.

Dico 2. Confessio Augustana, tam Latini quàm Germanici idiomatis, successu temporis saepe multamque immutata, variata, ac corrupta est. Sermo hic mihi non est de illa immutatione, quae in ipsis Comitibus adhuc durantibus facta est in Colloquio jussu Caroli V. instituto 16. Augusti, postquam Confessio jam oblata fuerat 25. Junij. In hoc Colloquio serè tota Confessio rursus eversa est, dum pars adversa verè in omnibus doctrinâ Catholicâ accessit, ut testatur cum alijs Sfortia Palav. in hist. Conc. Trid. 3. c. 4. n. 4. & Georgius Caestinus Lutheranus Theologus in historia Comit. anno 1530. Augustae celebratorum to. 3. f. 44. ubi ait, finito Colloquio hanc relationem à Catholicis porrectam esse Carolo Imperatori: primi pars Confessionis complectitur articulos 21. in quibus concordant nobiscum in quindecim quidem per omnia, in alijs autem ex parte. Tres enim infra remissi sunt ad abusus, nempe 11. 14. & 15. Tres item ex parte discordant, nempe

nempe 12. 20. & 21. Huic Colloquio ex Lutheranis interfuerunt 1. Joannes Fridericus Saxonia Dux. Joannis Electoris filius, 2. Gregorius Marchio Brandenburgensis. 3. D. Greg. Pontanus. 4. D. Heilerus, uterque Juris-Consultus, 5. M. Philipp. Melancthon, qui Confessionem cudit. 6. M. Erhardus Schnepffius. 7. M. Joan. Brenzianus Præco Halensis in Suevia. Ad hæc multum cesserunt hi Collocutores in articulis de abusibus, nempe circa confessionem & absolutionem Sacramentalem, circa jejunia & festa, circa vota Religiosa, circa vitam Monasticam. Sed circa conjugium Sacerdotum nihil omnino volebant remittere &c. De hac, inquam, immutatione nihil dicam, sed solum de subsequentibus, cum Confessio Augustana hinc inde recuderetur. Itaque

Probatur Assertio I. Ipse Melancthon intra paucos annos sæpius & adeo notabiliter immutavit suam Confessionem, ut Brochmannus Theologus Copenhagensis testetur, ab eo in Confessionem Augustanam introductos esse errores. 1. Antinomianorum. 2. Synergistarum. 3. Calvinstarum. 4. Adiphoristarum &c. Imò prædictus Melancthon subscripsit libello *Interim* dicto, in quo nihil continebatur doctrine Catholicæ adversum, excepto usu Calicis & Sacerdotum conjugio, circa quæ expectabatur sententia futuri Concilij. Neque ego ullum Lutheranum legi, qui negaret, à Philippo pluries & crasse variatam esse Confessionem August.

Probatur 2. Allegando varias edi-

tiones, inter se & ab Authentica plurimum discrepantes. Tales sunt gemina Wittenbergensis anno 1531. Norimbergensis 1532. Tubingensis 1535. alia Wittenbergensis 1567. quæ valde corrupta est. Præterea alias editiones plurimas, in quibus additum, demptum, mutatum sæpe multumque fuit. Ita ut Foretus noster testetur, se simul ad manum habuisse ultra 20. editiones Latini sermonis, quarum tamen nulla cum Originali concors erat. Quatuor adhuc editiones varias insinuare debeo; quæ in Bibliotheca Casarea asservantur, ac diversis temporibus prodierunt, prima quidem omnino similis est illi, quæ in Archivo Moguntino asservatur, & ad instantiam Joachimi Electoris Brandenburgici publica auctoritate prodijt, fere 50. annis post oblatam Confessionem Augustæ, ante quod tempus genuina & pura nunquam prodijt. Secunda est Wittenbergensis, quæ anno 1567. lucem aspexit, de qua supra. Tertia iterum est Wittenbergensis, nata anno 1551. Quarta est Latini sermonis, pariter Wittenbergæ orta anno 1551. Hæc quatuor editiones, quas in quatuor columnis uno intuitu inspicendas proponit Reverendissimus & Illustrissimus D. D. Leopoldus, à Kollonitsch Episcopus Neostadiensis, postea Eminentissimus Cardinalis, in libro, cui titulus *Augustana & Anti-Augustana Confessio* hæc, inquam, quatuor editiones singulæ se jactant pro authenticis, & invariatis, licet plurimum inter se discrepent. Imò non facile quis reperiet ullum exemplar Latinum cum Originario conspirans, si
Georgij

Georgij Calestini excipiat, multo minus exemplar Germanicum.

Probat 3. Ex confessione propria Lutheranorum: Wittenbergenses Theologi in Colloquio Altenburgensi f. 494. fatentur, primam Confessionis editionem, Wittenbergæ adornatam, nequaquam cum Archetypo Augustæ exhibito congruere. Et Theologi Cheneses f. 463. Confessionem Augustanam contemptim vocarint cothurnum, einen Volntischen Stiffel der an brede Fuß gerecht ist / qui quadrat utrique pedi. Musculus fatetur, eam duodecies esse mutatam. Selneccerus ait, multos scandalizari propter Confessionem toties & tantopere variatam. Chytræus Lutheranus Professor integrum librum edidit anno 1599. de depravatâ Augustanâ Confessione. An non igitur interrogare licet cum S. Athanasio de Synod. Arm. *qua denique fides, apud quos nulla vel verba vel scripta robur habent, sed omnia pro tempore mutantur?*

Dico 3. Lutherani defacto adeo defecerunt ipsam Confessionem Augustanam, ut nullum, aut certe paucissimos, repetire sic veros Confessionistas, licet tales se asserant. Probat facile. Ille non est verus Confessionista, sed solum nomine tenus, qui proficitur se sequi doctrinam Confessionis Augustanæ invariata, re ipsa tamen non sequitur in omnibus: atqui tales defacto sunt omnes Lutherani, vel saltem serè omnes: ergo. Mi. probatur 1. quia vel non habent doctrinam Confessionis Augustanæ invariata, vel si habent, eam non sequuntur in omni-

bus articulis. Sic Lutherani Papa defacto est Antichristus juxta articulum quartum Smalcaldium, licet Confessio Augustana in præfatione penes ipsum esse fateatur potestatem congregandi legitimum Concilium. In iisdem articulis Smalcaldicis, quos liber Concordiæ sub finem præfationis cum Confessione Augustana recipiendos dicit, negatur liberum arbitrium ad faciendum bonum & omittendum malum, licet Confessio Augustana art. 18. illud concedat, etiam ad efficiendam justitiam spiritualem eam gratia Spiritus S. quamvis se solo id non possit. Sic Ecclesiana negant semper debere esse visibilem, licet Confessio August. art. 7. id re ipsa fateatur. Sic Missæ Sacrificium sustulerunt, licet Confessio August. art. 24. Missam apud suos retineri & summâ reverentiâ celebrari gloriatur.

Eadem Mi. prob. 2. Articulus 10. Confessionis August. de Cœna Domini docet, quod Corpus & Sanguis Christi verè adsint, & distribuuntur vescentibus. Germanicum exemplar Originarium sic habet: *Vom Abendmahl des Herrn wird also gelehrt, daß wahrer Leib und Blut Christi wahrhaftig unter der Gestalt des Brods und Weins im Abendmahl gegenwärtig sey / und da ausgetheilt und genommen wird.* In quibus verbis duo clarè indicantur, que defacto à Lutheranis negantur. 1. *transsubstantiatio*, seu Substantialis conversio panis & vini in Corpus & Sanguinem Christi, cum Corpus Christi dicatur esse *sub specie panis*, *unter der Gestalt des Brods* &c. *non sub vel cum pane*, nicht unter oder sambt

sambdem Brod/ ut impanatores Lutherani defacto docent. 2. *praesentia* Corporis & Sanguinis Christi ante sumptionem; nam prius dicit Confessio, quod adsint, dasi sie gegenwärtig seyen/ deinde primum, quod distribuantur vescentibus, dasi sie ausgetheilt und genommen werden. Lutherani vero defacto volunt, Christi Corpus & Sanguinem non adesse nisi in actuali sumptione: ergo non sequuntur suam Confessionem.

Taceo, quod Lutherani defacto plurima dogmata teneant, imò semper tenuerint, quae tamen in Confessione Augustana non exprimuntur, ut de Purgatorio, de numero Sacramentorum &c. nam teste Chytrao in hist. Conf. Aug. & Georg. Coelest. in hist. Comit. August. utroque Lutheranis, aliqui articulum Catholicis controversi studio dissimulati sunt in Confess. August. licet à Caesare serid admoniti essent Compilatores, ut omnes proponerent, Sed hoc imprimis non est agere fideliter; deinde profiteri alios articulos, Confessioni Augustanae non insertos, est contra Pacem Religionis Passavij captam, & Augustae confirmatam, ubi solùm illi tolerabantur in Imperio Romano, Confessione Augustanae, prout haec erat oblata Carolo V. adherent. Quomodo autem huic adherent, qui plurima alia extra Confessionem, imò multa contra illam profitentur?

7. Non tamen diffiteor, aliqua adhuc retineri à Lutheranis ex Confessione sua: nimirum retinetur duplex species, qua dementantur simplices. 2. Con-

jugium Sacerdotum, quo impuri sacerdotes Catholici invitantur ad defactionem. 3. Libertas conscientiae, per sublatam confessionem auticularem, per sublata jejunia, & per irritationem votorum Religiosorum, quibus suos inelcant, & apostatis scrupulos eximunt. Haec & similia adhuc retinent putatij Confessionistae, ut homo perse ad malum proclivis, hac dulcedine tractus sectam illorum vel amplectatur avidè, vel retineat libenter: nam simili hamo jam olim misera Germania à perfido Lutero capta, & in perniciem tracta est. Ut adeò Brochmanus Praeco Copenhag. verum dixerit; D. Luther gab den Fürsten die Stifte / Clöster / Abteyen; den Priestern gab er die Weiber: den gemeinen Mann die Freyheit. Und das that vil zur Sach.

Ex dictis duo clarescunt. 1. Confessionem Augustanam minimè invariata perstitisse, ac proinde ex constantia ejus doctrina nullum argumentum, nullam auctoritatem pro ipsa peti aut sperari posse. 2. Me hactenus semper in errore versatum esse, dum supponebam, reperiri plurimos Confessionistas, & tot, quot Lutheranos; jam vero deprehendi, hoc suppositum esse falsum. Sed nolo propterea à capto desistere, cum parùm intersit ad scopum meum, an illi, quos impugno, sint veri vel putatij tantùm ac nominales Confessionistae. Modò videant, Confessionem suam quam profitentur, destitui sufficienti auctoritate, qua homo prudens induci possit ad actum fidei Divinae eliciendum, mihi factis est

ARTI.

ARTICULUS XI.

An Confessio Augustana sufficientem auctoritatem obtineat à Miraculosa propagatione, qua invaluit?

SUMMARIUM.

1. *Dens circa Religionem nihil innovare solet, nisi per homines admiranda sanctitatis & magnorum prodigiorum.*
 2. *Unde cruciantur Confessionista, cum neque extraordinariam sanctitatem, neque miracula in suo Luthero inveniant.*
 3. *Solantur tamen se mirabili propagatione Lutheranismi & Conf. Augustana, quam prodigiosam esse volunt.*
 4. *Sed falluntur.*
 5. *Nam Propagatio Lutheranismi non est majus miraculum, quam si lapis cadat deorsum remoto obice.*
 6. *Præterquam quod facta sit vi & armis.*
 7. 8. *Præterea si Confessio Augustana est propagata miraculose, etiam heresis Manichæorum, Arrianorum &c. fuit miraculose propagata. Imò hac gloria miraculosa propagationis magis enituit Ecclesia Romana illo ipso tempore Lutheri.*
 9. *Si res attentius consideratur, propagatio Confessionis Augustanae fuit nulla, quia nullus, vel paucissimi tantum hucusque existunt Confessionista veri.*
 10. *Accedit, quod Dens nec potuerit facere miraculum ad propagandum Lutheranismum vel Confessionem Augustanam.*
 11. *Paticinium Hussi de Lutherovanum est.*
- f. **S**ciendum 1. Deum nunquam consuevisse novam Religionem Mundo proponere, aut veterem, mortaliū injuriā ferē extinctam, iterum restaurare, nisi per viros admirandæ virtutis, aut magnorum prodigiorum patratōres: ut videlicet omnibus testatum ac indubiatum faceret, se talis doctrinæ Auctorem vel Reparatorem esse. Sic Moysen ornavit stupendis miraculis: nec Christus, licet sanctissimus, sibi credi voluit, nisi manifestis signis Divinitatem suam, & novam, quam Mundo dabat, doctrinam probasset.
- Sciendum 2. Cū doctrina Confessionis August. & longè magis totius Lutheranismi, fuerit nova, & Mundo usque ad Lutheri prædicationem vel incognita, vel reprobata ab universali Ecclesia, fatente ipsomet Lutherō, qui tom. 8. Jen. f. 181. s. 4. ait: *doct- Ccccc vna*

R. P. Pichler Theol. Polemica

rina hæc nostra nova, & supra modum scandalosa erat per universum orbem &c. cum, inquam, hæc doctrina nova fuerit, opus erat signis, & miraculis, quibus Deus illius auctorem se testaretur. Hæc res semper pessimè habuit Lutheranos, & cum nulla possent reperire prodigia in novo Evangelista suo Eislebico, invenire conabantur in mirabili propagatione doctrinæ Lutheranae, & Confessionis Augustanae. Unde

3. Sciendum 3. Lutheranos vakte triumphare, quod secta Lutheri unâ cum Confessione August. tam longè lateque, & tam celeriter propagata sit per Orbem, tamque fortiter, ut nec Papa nec Cæsar cum toto Imperio impedire potuerint, licet omnem moventes lapidem. Miraculum ! miraculum ! exclamant, miraculorum maximum reperitur in hac propagatione. Audiamus verba Balth. Meisneri contra Lessium: *susque adeo, inquit, moros in postulato estis, loco miraculi allegare possumus magnam illud & admirandum Reformationis opus. Erat Lutherus misellus Monachus, nec ferro, sed verbo Domini aggrediebatur Papam: omnes Academia se doctrina illius opponbant: omnes Cardinales & Episcopi execrabantur: omnes Reges & Principes illum persequantur. ipse terror orbis Imperator Carolus V. unum istum Monachum debellare, verag. doctrinæ prædicationem impedire, cum maxime vellet, non potuit. Ejecta sunt e Claustris demonia: captivi sub tyrannide Papæ potenter sunt educti. Magnas fuerunt miracula, & ope-*

ra Domini; adeo ut, qui attentè legis historias illorum temporum, non possit non exclamare: à Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Ita Meisnerus, edoctus utique à Luthero, qui tom. 7. Witt. f. 147. adversus Hircum Lipsiensem scribit, se spei suæ (quod scilicet doceat purum Dei Verbum) nullum certius aut efficacius documentum ac miraculum habere, quam quod tam subito in omnem terram (excipe Luthere Africam, Asiam, Americam, & majorem Europæ partem) propagata fuerit doctrina ejus, tantasque turbas ac dilidia commoverit. Sed cristas deponent Lutheranis, si hoc etiam miraculum sibi creptum viderint. Quod ut videant,

Dico 1. Doctrina Lutheranismi non est propagata miraculosè. Prob. 1. Propagatio Lutheranismi tam ampla & velox naturalissimè & sine singulari Dei ope per se ipsam fuit facilissima: ergo non fuit miraculosa. Ant. prob. Dilatio novæ doctrinæ, qua homines ducuntur ab arctiore & molestiore vita ad suaviorem & liberiolem, laxatis carnalium cupiditatum frenis, per se ipsam naturalissimè & sine singulari Dei ope est facilissima: sed dilatio Lutheranismi fuit dilatio novæ doctrinæ, qua homines ab arctiore & molestiore vita ducebantur ad suaviorem & liberiolem, laxatis carnalium voluptatum frenis: ergo fuit per se ipsam facilissima, & facta est naturalissimè sine singulari Dei ope. Maj. est clara juxta illud Poëtæ: *prona venit cupidus in sua vota fides*, præsertim si nova proponitur; nam novitas natura-

hite

liter est grata. Min. prob. Lutheranismus docebat, mandata Dei nec posse nec debere observari, Prælati Ecclesiasticis non esse obediendum, nulla opera bona requiri ad salutem, peccata non esse aperienda necessariò in Confessionali, jejunia, castigationes corporis &c. plùs obesse quàm prodesse, nullum peccatum damnare hominem præter infidelitatem &c. sed ista dogmata sunt blandissima carni, & ad vitam liberrimam ac licentiosam inducunt; econtrà dogmata Ecclesiæ Catholicæ sunt carni inimica, aspera, & virtutes arduas urgent: ergo Lutheranismus habet dogmata carni amica, laxat fræna cupiditatum, ducit à vita aspera & arcta ad liberam & licentiosam: ergo ejus propagatio est dilatio doctrinæ, qua homines ab arctiore & molestiore vita ducebantur ad liberorem & suaviorem, laxatis carnalium cupiditatum frænis.

Accedit, quòd Lutheranismus opes Ecclesiasticas, opima monasteria, latos Clericorum fundos, & integros Episcopatus quasi in spoliùm obtulerit Principibus Sæcularibus: quòd Monachos à votis Religiosis pronuntiaverit liberos: quòd Sacerdotibus uxores, si non præceperit, saltem suaserit. Quid mirum, si apud homines exiguæ pietatis, nullius frugi, voluptatum amantes, & nullius ferè scientiæ (nam Sæculum erat prorsus rude, & voluptatibus deditum) fidem invenerit tam grata Religio? Imò longè magis mirum fuisset, si non invenisset. Atque mirum videtur, quòd non integra Germania adhæserit tam blandæ sectæ,

R. P. Pichler Theol. Polemica.

avaris Principibus Ecclesiasticos redditus, lascivis Sacerdotibus uxores, petulantibus Populo libertatem propinanti. Quod bene agnovit Brochmannus, de quo supra, dum dixit: D. Luther gab den Fürsten die Stifte / Clöster und Abteyen / den Priestern gab er die Weiber / dem gemeinen Mann die Freyheit, und das thate vil zur Sack.

Hinc propagatio Lutheranismi tam ampla, velox, & felix, mihi videtur esse tantum miraculum, quantum est, si lapis cadat deorsum non obstante obice: vel quantum est, si vulpes comedat gallinam, fortè in illam incidens: aut si vires arrodant caseum, nisi arceantur. Nam homo à natura ad malum proclivis suo pondere ad vitia trahitur, & obvijs ulnis carni tam blanda acroamata amplectitur, nisi vi se ipsum cohibeat, & virtuosæ naturæ obicem ponat; trahit enim sua quemque voluptas: quid igitur mirum, si multos traxerit illecebrosum hoc & voluptuarium Evangelium, quod pane dormientibus cælum pollicetur? quid mirum, si delicati mortales tam mellitam doctrinam admittant?

Confirmatur. Illa doctrina non propagatur miraculosè, quæ propagatur vi & armis: sed Lutheranismus fuit propagatus vi & armis: ergo Min. prob. inter præcipuas curas Lutheri fuit ad propagandum suum Evangelium excitare seditiones, & cruenta bella, quæ ad ejus classicum secuta sunt, priùs inter tumultuantes rusticos, postea inter Principes, & demum contra Casarem & Ferdinandum Regem, à quibus Mauritius Saxo felici armorum successu in-

Ccccc 2

saue

faustam illam Religionis pacificationem Passaviensem extortit: ergo. Audiamus ipsius Lutheri Martiam tubam ad bellum contra Catholicos hortantis: qui habet aures audiendi, inquit, audiat, & à bello Turcico abstineat, donec. *Papa nomen sub calo valet.* tom. 2. Witt. in allert. art. 13. *Hoc Deus avertat, ut Evangelium sine seditione predicemus. Nam si non turbas excitaremus, omniaque pacata & tranquilla essent, actam jam esset de nostro Evangelio; oportet enim Evangelium turbas excitare, quo- cumque venit, hoc si non facit, non verum est Evangelium.* tom. 5. Witt. f. 97. & tom. 4. Jen. f. 97. §. 2. *Vide, vide, quam astuat sanguis meus, & caro mea! quam cuperet ex punito Papatu lacrimam percipere?* tom. 8. Jen. f. 610. §. 3. *Propemodum nullum melius consilium & remedium videtur Papistarum progressus reprimendi, quam ut Caesar, Reges, ac Principes vim parent, & armati hos perniciosos homines aggrediantur &c.* tom. 1. Jen. f. 60. *adversus Prieratem. Res resistan- tium digna foret, si qua insignis & bene robusta concitaretur seditio, qua Magistratus Ecclesiasticos de mundo extirparet.* tom. 7. Witt. f. 33. *Quid mirum, quod tot ortæ sint seditiones, tam cruenta bella post tot tamque serias exhortationes, factas ab eo, qui se Prophetam & Evangelistam Christi nominavit? Quale miraculum, si inter tantos tumultus, armorum vi, & mortis metu dilaretur doctrina, aliàs sensibus grata?*

Dico 2. Neque doctrina Confessionis Augustana fuit miraculosè propaga-

ta. Prima probatio potest esse probatio præcedentis conclusionis, sicut sequens servire potest ad eandem conclusionem præcedentem magis stabilendam.

Prob. 2. Si Confessio Augustana (vel ejus doctrina) fuit miraculosè propagata, tunc etiam multe ac præcipue hæreses fuerunt miraculosè propagatæ; consequens non potest admitti à Confessionistis, nisi velint cum Indifferentistis admittere plures veras religiones: ergo. *Maj. prob. Patet ex historijs indubitatis, hæreses fat multas & præcipuas, ab antiqua Ecclesia jam damnatas, intra brevissimum temporis spatium in reque multas, imò longè plures provincias, & amplissima regna penetrasse, quam penetravit Confessio Augustana, licet fortiter obijente potestate tum Ecclesiastica, tum Politica Catholicorum.*

Sic Hæresis Manichæorum, quam circa annum Christi 260. in Mundum invexit Manes, suo veneno rotum propemodum Orbem infecit, teste Baron. tom. 2. *Annal. ad annum Christi 271. & inter alios ipsum Ecclesiæ Catholicæ lumen, Aurelium Augustinum, per complures annos irretitum tenuit. Sic Arianorum hæresis, cui pæne totus Mundus se opposuit, tanta celeritate dilatata, tantisque incrementis aucta est, ut totus pæne Mundus factus sit Arianus, antequam se esse animadverteret; nam teste Hieron. *ingemuit totus Orbis, & Arianum se esse miratus est: quæ licet per exaggerationem sint dicta, indicare tamen voluit Hieron. plurimas provincias celerrimè ab Arianæ hæresi**

in-

intoxicatas fuisse, non obstante, quod fortissime se opponerent viri doctissimi, sanctissimi in Concilio Nicano, & ipse terror Orbis Imperator Constantinus, vere Magnus, fidelem operam junxerit. Nunquid etiam Calvinismus mira velocitate & felicitate pervasit Galliam, Angliam, Hollandiam, & sat magnam superioris Germanie partem, quantumvis una cum Catholicis ipsi Lutherani acriter huic Sectæ obstitissent. Edicant, obsecro, Confessionista, quid miraculi sit in sua Confessionis propagatione, quod non etiam faveat Calvinistis? Certè si miraculum est, plurimos à Papatu abduxisse: plurimos abduxerunt Calvinista. Si miraculum est, Monachos & sacras Deo Virgines ex Monasterijs ad sacrilegas nuptias pertraxisse: fecere & istud Calvinista. Si miraculum est spoliare & evertere Catholicorum templa, dejicere imagines, concremare sacras Reliquias &c. hæc & similia strenuè fecerunt & Calvinista. Si ergo Deus mirabili propagatione Confessionis in August. seu splendido miraculo confirmavit ut veram, quid est, cur adversarij hanc prærogativam tribuere nolint Manichæorum, Ariano-rum, Calvinistarum, imò & Turcarum Sectis? Cur non habent eas pro veris Religionibus, cum simili illustrata sint prodigio?

3. Confirmatur. Si Confessio August. & doctrina Lutheristica propter suam propagationem gloriatur miraculo, tunc multo magis gloriari hoc honoris titulo potest doctrina & Ecclesia Catholica: ergo longe magis vera erit doctrina Catholica. Ant. prob. eodem tempore,

quo sua incrementa accepit Confessio August. & doctrina Lutheristica, mira celeritate disseminata, & recepta est doctrina Catholica sine vi, & sine armis, in amplissimis regnis & provincijs per utramque Indiam, Orientalem & Occidentalem, per Africam, & Americam, in Japonia, in Mexico, in Insulis Philippinis, in Perù, in Brasilia, in Regnis Abyssinorum, & in alijs vastissimis regionibus, licet Barbari gravissima objicerent obstacula. Nam in prædictis regionibus S. Franc. Xaverius, aliique Sacerdotes Catholici inter summas difficultates felicissime & mirifice amplificaverunt doctrinam Catholicam, & innumerabiles hominum myriades eidem associarunt. Unicus S. Franc. Xaverius multa centena millia intra decem annos ex gentilitate ad admirabile lumen Catholicæ Veritatis traduxit, Travancoridis regnum pene totum convertit, Japoniæ amplissimum regnum Evangelicæ lucis splendore illustravit, plures Reges Romano Pontifici subiecit, & inter hos potentissimum quoque Regem Bungi cum magna subditorum parte &c. Ita testantur publici Commentarij à viris gravissimis conscripti de rebus Indicis & Japonicis, non dissentibus hæreticis rerum peritioribus. An non igitur majori jure nos Catholici gloriamur de miraculosa propagatione nostræ fidei, temporibus Lutheri factâ, quam Lutherani suæ Confessionis? præsertim (quod bene notandum est) quia nostri Sacerdotes Apostolici ex solo animarum & Religionis Zelo per vasta maria, & inter summa vite incommoda, mortisque pericula, adierunt Gentes barba-

ras, feroces, inhumanas, ignota lingua, illisque prædicarunt res creditu arduas, factu difficiles, quas nempe vera Christi fides credendas & faciendas præcipit.

Econtra propagatores Confessionis August. ordinariè vel ambitionis, vel luxuriæ, vel invidiæ, vel alterius indomitæ passionis æstro agitati, remotis procul vitæ incommodis, inter homines Christianos, minime barbaros, ferè ejusdem ubique lingua, non sine tumultibus, vi, & armis, prædicarunt quidem articulos creditu arduos, sed quibus populus jam assueverat, eos autem, qui erant difficiles factu, expunxerunt, nil nisi *libertatem Christianam* (melius dixissent licentiam flagitiosam) ex Cathedralis & in Compitis crepantes. Quid, quaeso, laboris sit persuadere hominibus, vel rudibus, vel sceleratis, non esse faciendam apud sacerdotem omnium peccatorum gravium exomologesim, non esse insudandum bonis operibus, castitatem, paupertatem, & obedientiam, etiamsi voto promittantur, non esse servandas? nam ad hæc & similia apud homines, ad liberam vitam aspirantes, naturalis est pruritus. Contraria omnia prædicare debuerunt nostri Missionarij nationibus barbaris, inter scelera educatis, & vix Christianæ disciplinæ capacibus. Quaeso cur Lutherani Præcones non abeunt relictis omnibus ad Indias, ut convertant barbaras gentes? vel, si abeunt, cur eas non convertunt, cum tamen promissa sit vera Ecclesiæ *conversio Gentium?* (non *perversio Christianorum*,

qua sola propagatus est Lutheranismus) Nempe ubi vera Ecclesia non est, nec ejus reperiuntur dotes, nec miraculosa propagatio, qualis est conversio barbaræ Gentilitatis, à Christo suæ Ecclesiæ promissa.

Prob. 3. Si nullus unquam, vel non nisi paucissimi existerent hucusque veri Confessionista in mundo, tunc Confessionis propagatio non tantum non est miraculosa, sed neque magna, imò est nulla: atqui nullus unquam, vel paucissimi hucusque existerunt in mundo veri Confessionista, quia vel nullus vel paucissimi Confessionem August. habuerunt incorruptam, vel eam integrè secuti sunt, non admixtis alijs erroribus contra vel præter Confessionis August. doctrinam, ut ostendi art. præced. quam tamen solam in Comitibus profitebantur, & quæ sola in Imperio tolerata est: ergo.

Dico 3. Deus nec potuit facere aliquod miraculum in confirmationem doctrinæ Lutheri aut Confessionis Augustanæ: ergo neque illius propagatio miraculosa existit. Ant. prob. Illa doctrina non potest confirmari à Deo per miraculum, quæ veris & bonis dogmatibus immiscet falsa & impia: sed doctrina Lutheri & Confessionis Augustanæ immiscet falsa & impia: ergo. Maj. est clara, cum manifestè repugnet, Deum esse testem falsi, & approbare doctrinam impiam. Deus autem, si edat miraculum in confirmationem alicujus doctrinæ, censetur totam doctrinam confirmare, eò quòd nulla pars excipiat, & nulla determinetur, per miraculum confirmanda. Min. quoad primam par-

partem, quod scilicet doctrina Lutheri contineat falsa & impia, abunde demonstrata est art. II. hujus Appendicis. Altera verò pars, quod nempe etiam doctrina Confessionis August. immisceat falsa & impia, ostensa est art. X. præcedente.

Dices: de doctrina Lutheri & felici ejus propagatione, non obstantibus persecutionibus vaticinatus fuerat Jo. Hussus, eum duceretur Constantiæ ad rogam, dicens: *post centum annos veniet Cygnus, quem assare non poteris*: ergo Lutheranismi propagatio fuit miraculosa ex vaticinio. Resp. 1. valde incertum esse, hæc ab Hussio fuisse dicta; nam nemo horum verborum meminit, exceptis solis Hussitis, ac postea Lutheris & Lutheranis, qui merito possunt esse suspecti. 2. Franz. Ant. N. Conf. Unde enim constat Lutheranis, hæc de Lutheris, & non potius de Carolostadio, Zwinglio, aut

Calvino locutum esse Hussum? nam temporis ratio, ab Hussio indicata, obsequevitur strictè, vaticinium non est de Lutheris, quia ab illo usque ad Lutherum plures quàm centum anni sunt lapsi: si autem temporis ratio non strictè observanda est, cur non æquè de alio Sectario intelligi possit vaticinium? 3. Esto etiam in individuo Lutherum designaverit Hussus, propterea tamen non sequitur, quod Lutherus suam novam doctrinam sparserit vocatus à Deo; quia prænantari possunt etiam res malæ, & à malis. 4. vaticinium de Lutheris intelligendum esse, valde suspectum redditur ex eo, quod dicat venturum *Cygnum*, nam Lutherus potius *porcus* erat, cujus can-dor nihil ferè aliud fuit, quàm fator, pædor, stercus, oletum, latrina, & id genus alia islebica aromata, de quibus ad nauseam usque leges in ejus libris, & aliqua in art. II. cit.

ARTICULUS XII.

An Confessio Augustana sufficientem auctoritatem obtineat à Scriptura S. in qua sola se fundatam asserit?

SUMMARIUM.

- | | |
|---|--|
| 1. Lutherianorum principium: nihil credendum, nisi in Scriptura S. sit expressum. | 4. Indèque sufficienti auctoritate habili. |
| 2. Ad Scripturam semper provocat Lutherus, & nunc Lutheranis. | 5. Sed nullus illius articulus, qui adversatur Catholicis, nititur puro & claro Dei verbo. |
| 3. Cui soli innitit hæc Confessio Augustana. | 6. Id quod etiam probatur ex Concilio Trid. |
| | 7. Et specialiter exemplo præcipue dogmatis |

dogmatie, quod complectitur Conf. Aug. nempe de sola fide iustificante.

8. Quia imò ex Scriptura S. nihil omnino probare possunt Confessionista.
9. Quia probare non possunt, se habere veram & Incorruptam Scripturam S.
10. Aut genuinum illius sensum.
11. Ne quidem per legitimam consequentiam ex Scripturis deducant.
12. Aliqui ineptè admittunt traditio-

nem & auctoritatem Ecclesie Catholicae circa existentiam & puritatem Scripturae, rejicientes illam circa genuinum illius sensum.

13. Rejicitur responsio Hutteri.
14. Nulla auctoritas accedit Augustinæ Confessioni à Scriptura S.
15. Et sola fides Confessionistarum est merè humana.
16. Modus, quo te fortiter defendere possis contra Seltarios.
17. Eoque valido impugnare ex S. Scriptura.

3. Sciendum 1. Lutheranis & Calvinistis instar primi principij ac fundamenti esse hanc propositionem: nihil credendum, nisi in Scriptura Sacra sit expressum. Sic detonat Lutherus in c. 1. ad Gal. neque alia doctrina, inquit, in Ecclesia tradi debet, quam purum Dei verbum (hoc est, Scriptura S.) Doctores & Auctores alij anathema sint. Calvinus l. 4. Inst. c. 8. Esto igitur firmum axioma, ait, non aliud habendum verbum Dei, cui detur in Ecclesia locus, quam quod Lege primùm & Prophetis, dein scriptis Apostolicis continetur. Lutherum sequitur Jo. Gerardus cum Lutheranis, Calvinum Guilielmus Amelius, & Petrus Molinæus cum Calvinistis, Lutherus verò & Calvinus secuti sunt antiquos hereticos, Maximum Arianorum Episcopum, qui disputaturus cum S. Augustino dicebat: voces, quæ extra Scripturam sunt, nullo casu à nobis suscipiuntur: Euzychetem, qui huic fun-

damento innixus negabat duas naturas in Christo, asserens: ego à Scripturis SS. non didici de duabus naturis: Pelagianos, qui dicebant apud S. August. l. de nat. & grat. c. 39. credamus igitur, quod legimus, & quod non legimus, nefas credamus aditruere.

Sciendum 2. Eundem Lutherum, cum initio suæ defectionis urgeretur ad revocandas suas propositiones, semper provocasse ad Scripturam Sacram, & ex hac convinci superbe postulasse; se-
cus sibi nefas esse suam doctrinam mutare, cum contra conscientiam suam utique non possit Evangelio contraire, addendo, quidquid extra verbum Dei, seu Scripturam S. doceretur, verba esse hominum, & erroribus obnoxia. Unde ejus assectæ identidem, & importunè consueverunt clamare: Schrifft Schrifft / Wort Gottes Wort Gottes / Bibel Bibel / in-
culcare volentes, nihil audiendum, nisi in Scripturis SS. expressum.

Sciens

3. Sciendum 3. Lutheranos gloriari, Confessionis suae doctrinam soli & puro Dei verbo inniti; nam in praefatione dicunt: *Offerimus in hac Religione causa nostrorum Consonatorum & nostram Confessionem, cujusmodi doctrinam ex Scripturis SS. & puro verbo Dei hactenus illi apud nos tradiderint.* In fine verò additur: *si quid in hac Confessione desiderabitur, parati sumus latroens exhibere, Deo volente, juxta Scripturas informationem.* Praeterea in plerisque articulis inter Catholicos & ipsos controversis adducuntur aliqui textus Scripturae, quibus probati videtur Confessionis doctrina. Unde

4. Sciendum 4. Confessionistas haud dubiè necessariam auctoritatem, quam hactenus frustra conati sunt aliunde accerere, Confessionis suae quaesituros à Scriptura S. Dicent proin fortè, Confessionem suam esse infallibile fidei symbolum, quia omnes ejus articuli ex Scriptura S. vel desumpti, vel per necessariam & claram consequentiam deducti sunt. Sed falluntur & fallunt, quod ut manifestum fiat,

Dico I. Nullus articulus Confessionis August. qui Ecclesiae Catholicae adversatur, nititur puro & claro Dei verbo, seu Scriptura S. ritè intellecta.

5. Prob. 1. Nullus articulus, Catholicae Ecclesiae contrarius, nititur textu, qui indubitatè saveat doctrinae Confessionisticae, aut qui non debeat aliter intelligi, quàm Confessio velit: ergo nullus articulus nititur claro & puro Dei verbo. Conf. est certa; si enim

R. P. Fichler Theol. Polemica.

dubium est ac incertum, quid textus velit, cui Parti magis saveat, & quis ejus sensus, nihil certi inde probari potest, multò minus, si perperam intelligatur textus. Ant. constat legenti textus illos, quibus Confessio suam doctrinam stabili e intendit, v. g. summationem Calicis apud laicos conatur probare ex hoc textu: *bibite ex hoc omnes.* Matth. 26. Conjugium sacerdotum ex illo Pauli: *habeat quisque uxorem suam propter fornicationem.* Item ex eo: *melius est nubere, quam uri.* Confessionem omnium peccatorum mortalium non esse necessariam, ex illo Psalmista: *delicta quae intellegit?* & ex illo Jeremia: *pravum est cor hominis, & inscrutabile.* Sed hi & similes textus utique non clarè & indubitatè stant pro doctrina Confessionis, imò debent explicari contra illam pro Catholicis, eò quòd ab antiqua Ecclesia non fuerint explicati juxta doctrinam Confessionis Augustanae, sed contra illam. Accedit, quòd aliqui textus, qui allegantur, omnino non sint ad rem, uti ille Rom. 14. *Regnum Dei non est esca aut potus,* quo impugnare volunt jejunium Ecclesiasticum; centenis enim verbis opus erit ad trahendam inde hanc consequentiam: *ergo jejunium ab Ecclesia praecipuum non est servandum in discrimine ciborum.*

6. Prob. 2. Sancta Ecclesia Catholica Latina (uti de Graeca supra jam dictum est) sententiam tulit contra Confessionem August. & declaravit, eam esse contra Scripturam S. ergo non fundatur in claro Dei Verbo. Uthoc argumentum

D d d d

mentum

mentum melius percipiatur, sciendum est 1. Concilium Tridentinum fuisse Universale & legitimum; quia intererant præter Episcopos Italiæ Episcopi Hispaniarum 31. Galliarum 26. Lusitanæ 3. Græciæ 6. Item alij Episcopi plurimi ex Polonia, Hungaria, Anglia, & alijs Regnis & Regionibus, præsentibus etiam 29. Legatis præcipuorum Principum, & Statuum Europæ, legitime vocati ab Universali Capite. Sciendum 2. Protestantes ad Concilium Universale, à Papa congregandum, sæpius appellasse, etque se parituros edixisse, amò falsos fuisse, ejusmodi Concilio Universali competere jurisdictionem in omnes Ecclesias; quid enim volunt aliud illa verba Conf. Aug. art. 28. *de Jure divino hæc jurisdictionis competis Episcopis, ut Episcopis, hoc est, his, quibus est commissum ministerium Verbi & Sacramentorum, remittere peccata, doctrinam ab Evangelio dissentientem rejicere, & impios, quorum nota est impietas, excludere à communionis Ecclesia sine vi humana, sed verbo. Hic necessariò & de jure divino debent eis Ecclesia præstare obedientiam juxta illud: qui vos audit, me audit.* Sciendum 3. Hoc Concilium Trid. quod non minus est Universale ac legitimum, quam ullum aliud in prima Ecclesia congregatum, ubi damnabatur antiqui hæretici, dampnasse doctrinam Lutheri & Confessionis Augustanæ, eamque S. Scripturæ contrariam declarasse.

His præmissis sic prosequor ceptum argumentum: Concilio Universali, & Episcopis legitime congregatis debent

omnes Ecclesiæ (particulares) jure divino præstare obedientiam, si rejiciunt aliquam doctrinam ut Scripturæ contrariam: Concilium Trid. est Universale, ex Episcopis ritè convocatis legitime collectum: ergo huic debent omnes Ecclesiæ particulares, consequenter & Confessio Augustana, omnesque alij Christiani tanquam subditi jure divino præstare obedientiam, quando rejicit doctrinam aliquam ut Scripturæ contrariam. Subsumo: sed Tridentinum rejicit doctrinam Confessionis Augustanæ tanquam Scripturæ contrariam: ergo Confessionistæ tenentur jure divino illi parere, eamque similiter rejicere, ut Scripturæ contrariam. Major est Adversariorum & Confessionis Augustanæ loc. cit. Min. patet inde, quia nihil potest ostendi, quò minus Concilium Trid. sit Universale & legitime convocatum. Subsumptum constabit legenti Conc. Trid. præsertim sess. 6. c. 5. 6. 7. 8. 9. ubi agitur de justificatione, quæ est præcipua Confessionis August. controversia cum Catholicis. Item can. 9. & seqq. ejusdem sessionis.

Prob. 3. de primo & capitali dogmate totius Confessionis, nempe *de sola fide justificante*. Scriptura S. nunquam monet peccatores, ut credant sibi remissa esse peccata; & ita justificentur: monet tamen, ut penitentiam agant, quam sequitur remissio peccatorum: sic Matth. 3. summa totius Prædicationis S. Joannis describitur fuisse hujusmodi: *penitentiam agite, appropinquavit enim regnum celorum.* Luc. 24. *Quoniam sic scriptum est, &*

sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & pradicari in nomine ejus penitentiam, & remissionem peccatorum. Rursus Sap. 24. Dissimulat peccata hominum propter penitentiam. Et Ezech. 18. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, vita vivet. Denique Lucæ 13. Nisi penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis: ergo Scriptura non solum fidem, sed etiam penitentiam & detestationem peccatorum requirit ad justificationem peccatoris. Nam ulterius ait: Si habueritis omnem fidem, ita ut montes transferatis, charitatem autem non habueritis, nihil sum. 1. Cor. 13. Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Luc. 7. En Magdalena justificata est, multa que illi peccata remissa fuisse, dicit Scriptura, non quia credidit multum, sed quia dilexit multum: ergo non sola fides, sed etiam charitas requiritur tanquam motivum Contritionis. Præterea quid proderit fratres mei, ait S. Jacobus c. 2. v. 14. Si fidem quis habere se dicat, opera autem non habeat, nunquid fides eum salvare poterit? & v. 24. Ex operibus justificatur homo, & non ex fide tantum. Et v. 26. Sicuti corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. Apoc. 2. dicitur: dabo unicuique juxta opera sua. Et S. Paulus, quem tamen pro se potissimum citat Confessio, 2. Cor. 5. sic ait: omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum sive malum. Siquis igitur malè gessit, non juvabit sola fides, non justificabit;

R. P. Pichler Theol. Polensis.

quippe non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum Cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei. Matth. 7. Imò Christus ipse in die judicii damnabit illos, qui non exercuerunt bona opera; hanc enim damnationis causam allegat Matth. 25. Esurivi enim, & non dedistis manducare &c. quæ sententia est clarè contra sola fide contentos, & nihil boni facientes; quia in extremo judicio non instituetur tale examen contra Infideles; nam qui non credit, jam judicatus est. Jo. 3. Ergo ad Justificationem & salutem non sufficit sola fides, sed requiruntur etiam bona opera. Ecce quam non faventem, sed prorsus sibi contrariam multis in locis Scripturam habeat Confessio August. circa hoc præcipuum suum dogma.

Accedit, quòd ex illo sequeretur, non esse necessarium ad justificationem ignoscere proximo, cum tamen Christus illud expressè requirat Matth. 6. si non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. Item sequeretur, non esse necessariam dilectionem proximi, cum tamen Joannes dicat ep. 1. c. 3. qui non diligit, manet in morte. Neque esset necessarium observare mandata Dei; cum tamen Christus id expressè mandet Matth. 19. si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Denique, ut alia taceam omnia, sequeretur ex hoc dogmate Confessionistarum, quòd de quovis flagitiosissimo homine, homicida, adultero, saga &c. dici posset: hic est sanctus vir, hæc est mulier sancta &c. Nam credere in Christum, & fortiter confidere, sibi per ipsum remissa esse omnia peccata, est esse Sanctum: quid

Q d d d d

quid

quid dicat S. Paulus Gal. 1. *qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur.* Et quidquid dicat David Psal. 34. ubi interrogat, quis futurus sit Sanctus, & habiturus in Tabernaculo Domini, & in Monte sancto Dei, sibi que ita respondet: *qui ingreditur sine macula, & operatur justitiam.* Non dicit: *qui credit tantum.*

Audiamus nunc textus, qui Confessionistas movere poterant ad tam absurdam doctrinam, toti Ecclesie Catholicae semper contrariam, amplectendam. Ipsa Confessio art. 4. citat. caput 3. & 4. Rom. sed non verba. In illis autem capitibus sequentes textus favere videntur Adversarijs. Ex c. 3. vers. 18. *Arbitramur hominem justificari per fidem sine operibus legis.* Et v. 22. *Justitia Dei per fidem Jesu Christi in omnes & super omnes, qui credunt in eum.* Et v. 36. *Ipsa justus & justificans eum, qui est ex fide Jesu Christi.* Ex c. 4. v. 5. *Ei, qui non operatur, credenti autem in eum, qui justificat impium, reputatur fides ad justitiam.* Et paulo ante: *credidit Abraham, & reputatum est illi ad justitiam.* In hac igitur epistola ad Rom. propemodum unice se fundat Confessio August. cui quia e diametro videtur esse opposita Epistola S. Jacobi, hanc Lutherus propria auctoritate expunxit ex Canone librorum Divinorum. In art. 20. allegat Confessio August. c. 2. Eph. & c. 2. Gal. *Gratia salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei donum est, non ex operibus.* Adducit etiam ex SS. PP. S. Ambrosium, qui in 1. Cor. 1. hac habet: *hoc institutum est a Deo, ut, qui credit in*

Christum, salvus sit sine opere, sola fide, gratis accipiens remissionem peccatorum.

Pro responsione ad allatos & similes textus notandum est 1. Quod S. Paulus ad Rom. & Gal. lucrari laboraverit tam Gentiles quam Judaeos: Gentiles putabant, ex bonis operibus, quae faciebant, dictante lumine naturali, adeoque ex viribus proprijs, se esse justos: Judaei vero gloriantes Lege sua Ceremoniali justos se credebant ex operibus Legis Mosaicae, v. g. ex Circumcisione, ex suis Sacrificijs, crebris Lotionibus &c. His utrisque se opposuit D. Paulus, docens, nec opera bona *Natura* seu *moralia* Gentilium, nec opera *ceremonialia* Legis Mosaica justificare hominem, sed necessariam esse fidem in Christum. Quod ipse Paulus innuit c. 2. Gal. dum ait: *scientes autem, quod non justificatur homo ex operibus Legis, nisi per fidem Jesu Christi.* Atque hoc modo pulcherrime conciliantur epistola S. Pauli ad Rom. & epistola S. Jacobi, quod Luthero videbatur esse impossibile. Nam quando D. Paulus negat, opera justificare, intelligit opera *naturalia & ceremonialia*, seu opera *Natura tantum*, & opera *Legis Mosaica*, sine fide & gratia Christi. Vicissim quando S. Jacobus affirmat, ad justificationem requiri opera, loquitur de operibus *fidei & gratia Christi*, sive quae fiunt ex fide in Christum, & cum gratia Dei. Hoc ipsum magnus Augustinus pridem declaravit, quando l. 83. quaest. 976. dixit: *Quapropter non sunt sibi contraria duorum Apostolorum sententia, Pauli & Jacobi, cum dicit unus, justificari hominem*

*minem per fidem sine operibus: & alius dicit, inanem esse fidem sine operibus: quia ille dicit de operibus, quæ fidem præcedunt (nempe Legis Mosaicæ, ut patet ex præcedentibus, quia disputat Paulus contra Judæos, qui merito operum Legis Mosaicæ pervenire se arbitrabantur ad donum justificationis) iste de iis, quæ fidem sequuntur: sicut etiam ipse Paulus multis locis ostendit. Itaque Paulus loquitur de operibus, quæ fidem antecedunt, quæ utique nihil valent & supernaturaliter bona non sunt; cum fides sit fundamentum ædificij spiritualis. Jacobus verò loquitur de operibus, quæ fidem sequuntur. Notandum 2. Nomen fidei, cui tribuitur justitia in SS. litteris, non esse sumendum pro fide mortua, & purè speculativa, seu pro mera cognitione, sed pro fide viva, hoc est, animata Charitate & bonis operibus, & pro fide practica, quæ adhibet media per fidem ostensa: fides enim mortua utique non vivificat, seu non justificat hominem. Atque sic explicare fidem nos cogunt alia loca Scripturæ S. quæ ad justificationem requirunt etiam opera bona. Id ipsum statet etiam Paulus, dum Gal. 5. ait: *in Christo & ESU neque circumcisio, neque praputium aliquid valet, sed fides, quæ per charitatem operatur.* His notatis.*

Resp. 1. Ad textus Scripturæ S. præsertim ex Epist. ad Rom. & dico, per illos vel tantum excludi opera Naturæ, aut opera Legis Mosaicæ, facta sine gratia Christi, & fide in illum; minime autem excludi opera, quæ fiunt ex fide in Christum & cum gratiâ supernatura-

li; hæc enim juxta alios Scripturæ textus æquè disponunt & requiruntur ad justificationem hominis, quàm fides: nam Scriptura non omnia ad justificationem requisita præscribit in uno vel altero loco; sed in uno præscribit v. g. fidem, in altero spem, in tertio dilectionem, in quarto remissionem injuriæ nobis illatæ, in quinto aversionem à peccato seu dolorem &c. Vel dico, per allatos textus intelligi fidem vivam & practicam, paulò autè explicatam. Resp. 2. Ad textum S. Ambrosij, & aliorum SS. PP. quos Confessionistæ pro se citant, ferè eodem modo, mirum ab ipsis vel solum excludi opera Naturæ, & opera Legis Mosaicæ, non autem opera profecta ex fide & gratia Christi: vel intelligi fidem vivam, practicam, spe & charitate formatam, non operibus nudam: vel denique, si dicant, quòd sola fides justificet, intelligi de sola fide Catholica, ita ut sensus sit; *Sola fides Catholica justificat, non Arriana, non Pelagiana &c.*

Neque dicas, bona opera esse quidem necessaria ad salutem, non tamen ut causas justitiæ, sed ut signa veræ fidei. Nam Scriptura S. salutem & justificationem adscribit tam bonis operibus quàm fidei, uti v. g. Luc. 7. *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum:* sed fides est causa salutis & justificationis, ut volunt Adversarij: ergo & bona opera. Scriptura in uno loco requirit fidem, in alio dilectionem, in tertio aversionem à peccato &c. Deinde Paulus expressè dicit, quod momentaneum & leve tribulationis nostræ aternum

num gloriæ pondus operetur in nobis.

2. Cor. 14.

¶ Dico 2. Confessionistæ nihil omnino possunt solidè probare ex S. Scriptura, consequenter neque doctrinam suæ Confessionis. Hæc assertio jugulum petit non modò Lutheranorum, sed & Calvinistarum, Zwinglianorum, imò omnium, qui ab Universali & Catholica Ecclesia desciscunt, ejusquæ auctoritatem infallibilem contemnunt; petit enim principium illorum, scilicet Scripturam S. tanquam unicum fundamentum, ex quo solo omnè suum robur, & omnia argumenta depromunt. Quod fundamentum penitus evertitur, si probamus, eos ex Scriptura S. nihil omnino probare posse: quod quidem evidenter ostendimus hoc modo. Itaque assertio

¶ Prob. 1. Si Confessionistæ in suis principiis non possunt solidè & infallibiliter probare, quòd habeant veram & incorruptam Scripturam S. seu verum & incorruptum Dei verbum scriptum, tunc nihil omnino solidè ac infallibiliter probare possunt ex Scriptura S. sed in suis principiis non possunt solidè & infallibiliter probare, quòd habeant veram & incorruptam Scripturam S. ergo. Maj. est evidens; si enim de ipsa Scriptura tanquam fonte ac principio non constat certè & infallibiliter, quomodo certè, & infallibiliter constabit de ijs, quæ inde probantur & deducuntur? si fundamentum est ruinosum, quomodo superstructum ædificium stabit firmum? si objectam motivum est incertum, unde objectum materiale acquiritur certitudinem? si auctoritas, cui

credetur, est dubia, quomodo assensus erit prudenter certus & infallibilis?

Igitur prob. Min. In principiis Confessionistarum illud non potest solidè & infallibiliter probari tanquam fide divina credendum, quod in SS. litteris clarè expressum non est: sed in SS. litteris clarè non est expressum, quòd libri, quos habent pro vera Dei Scriptura, sint vera Scriptura S. incorrupta, legitime traducta in linguam vernaculam à suo Luthero &c. ergo probare non possunt Confessionistæ in suis principiis solidè & infallibiliter, quòd habeant veram & incorruptam Scripturam S. Unde enim sciunt, illos libros non fuisse corruptos vel describentium incuriã, vel hominum ignorantia, vel Catholicorum malitiã, à quibus acceperunt hos libros, & quibus gravissimos errores impingunt circa alia fidei dogmata? vid. p. 85. seqq. Eandem difficultatè experiuntur Confessionistæ circa legitimum sensum S. Scripturæ; non enim ex Scriptura simpliciter sumpta, sed ex legitimo illius sensu dogma aliquod fidei probari potest ac debet. Unde

¶ Prob. 2. Confessionistæ in suis principiis non possunt solidè ac infallibiliter probare, quisnam sit genuinus & legitimus sensus S. Scripturæ; ergo ex hac nihil omnino solidè ac infallibiliter probare possunt. Conf. est clara; si enim de legitimo sensu Scripturæ non certè constat, quomodo certus esse poterò de ipso dogmate, quod inde probò? Ant. facile prob. Confessionistæ, & quicumque infallibilem Ecclesiæ Catholicæ auctoritatem ac traditiones, seu verbum DEI non scriptum,

repudiant, non possunt aliunde probare, hunc & non alium esse legitimum sensum S. Scripturæ, v. g. illorum verborum, *hoc est corpus meum*, quam vel ex S. Scriptura, si suis principijs velint insistere, vel si declinare malint, ex Magistratu suo Politico, vel Ecclesia sua particulari, vel ex spiritu privato: sed ex istis omnibus genuinum Scripturæ sensum solide & infallibiliter probare non possunt: ergo. Maj. est in confesso. Min. ostenditur; nam imprimis Scriptura se ipsam non explicat, & illa verba, *hoc est corpus meum*, si centies interrogentur, non dicent, quomodo intelligenda sint, an in sensu Catholicorum, aut Calvinistarum, aut Lutheranorum. Scriptura Lex est: non Judex: Lex non interpretatur & explicat se ipsam. Ecclesia autem particularis, Magistratus Politicus, & multò magis spiritus cujusvis privatus, sunt fallibiles; quia juxta principia Confessionistarum omnis homo mendax & fallibilis, imò juxta ipsos Universalis Ecclesia fallibilis est: quomodo igitur Particularis, qualem suam esse sæpius falsi sunt, aut Magistratus politicus, ad quem res fidei omnino non pertinent, aut privatorum hominum spiritus, infallibilitatem sibi promittant? ergo ex istis omnibus solide ac infallibiliter probari non potest genuinus Scripturæ sensus. Vid. p. 106.

Dices 1. Licet prædicta probari non possint à Confessionistis immediate ex ipsa Scriptura, possunt tamen probari mediate per legitimas consequentias inde deductas: ergo. Resp. 1. N. Ant. per quam enim consequentiam clarè ex Scriptura deductam probant, potiùs

Evangelium S. Matthæi esse verum Evangelium, quàm Evangelium S. Thomæ, aut S. Bartholomæi? per quam consequentiam clarè ex Scripturis deductam probant, Versionem Bibliorum Lutheri esse integram? 2. Nullibi scriptum est, neque per claram consequentiam deducitur ex SS. litteris, quòd etiam consequentiæ ab humano intellectu deductæ sint verbum Dei, & articulus fidei. Si dicas: hoc ratio dicat; ego repono: aliud est ratio, quæ juxta te in omnibus hominibus est fallax, aliud est Verbum Dei, quod fallere non potest. 3. Nullibi est in Scriptura clarè expressum, nec per consequentiam claram deducitur, quòd illæ consequentiæ, quas faciunt Confessionistæ, sint legitimæ. 4. Quòd aliqua consequentia sit legitima, debeo scire ex Logica, sed utique Logica non est verbum Dei & Scriptura S.

Dices 2. Multos Confessionistas admittere traditionem & auctoritatem Ecclesiæ Catholicæ circa Scripturam S. & dicere, quòd ex ea sola constet, quinam libri sint verè divini & incorrupta Scriptura S. ergo. R. Scio, aliquos hoc admisisse, præsertim in Colloquio Ratisbonensi, nostrorum argumentorum vi adactos, sed insequenter & contra sua principia. Deinde si semel admittenda est traditio & auctoritas Ecclesiæ Catholicæ, mox redit difficultas de legitimo sensu Scripturæ; si enim ita una traditio custodienda infallibilis est Ecclesia, cur non etiam in alijs? si in statuendo Canone & Catalogo librorum divinarum necessariò attenditur traditio & auctoritas Ecclesiæ Catholi-

cæ, cur non etiam necessariò attendenda sit in explicando legitimo sensu Scripturæ? Si eùm æquè parùm de hoc, quàm de Canone, aliunde infallibiliter constare possit? Sic autem totam causam lucrati sumus: quidquid enim contra nos ex Scriptura afferent Confessionista v. g. circa Purgatorium, circa bona opera, circa fidem &c. semper intelligendum erit iuxta sensum & interpretationem Ecclesiæ Catholicæ: atque sic in omnibus articulis nobiscum convenire debebunt; nos qui psumus in vera & Catholica Ecclesia, ut probavimus art. 7. ex ipsa Confessione Augustana, p. 724. & alibi.

§. Dices 3. Ex Hutzero pag. 39. Irenici. Confessio Augustana ejusque libri symbolici non sunt fide divina credendi, nisi sub conditione, quòd eùm S. Scriptura concordent: ergo Confessionista credendo Confessione credunt Scripturæ S. Resp. 1. Ant. prorsus esse absurdum; sic enim Alcoranus etiam, & Thalmud credi possunt, quia habent saltem aliqua, quæ S. Scripturæ consentiunt. Resp. 2. N. Conf. vel Dist. Conf. credunt fide conditionata, trans. Conf. fide absolutà, firmissimà, certissimà quoad ipsos credentes, & indubitata. N. Conf. Posterius autem requiritur ad fidem divinam saltem quoad illos articulos, qui explicitè credendi sunt. Resp. 3. Hoc modo remittuntur libri symbolici ad cuiusvis hominis privati iudicium, quod in rebus divinis prorsus periculosum & iniquum est, imò seminarium omnis discordiæ & hæreseos; nam sub hoc præ-

textu quilibet potest sibi novem fidem credere.

Ex dictis colliges 1. Nullam prorsus auctoritatem in Confessionem Augustanam derivari à Scriptura S. tum quia nullus articulus, Catholicis contrarius, clarè & indubitata ex illa probatur, tum quia Confessionistis nec de ipsa Scriptura, nec de ejus versione incorrupta, nec de legitimo illius sensu certè & infallibiliter constat.

Colliges 2. Analysin seu resolutionem fidei ultimam apud Confessionistas desinere in motivum humanum, adeoque ipsorum fidem non nisi humanam esse, & consequenter nullam. Interroga enim Confessionistam, quare credat? dicet, quia Scriptura S. hoc vel illud dicit: quare iterum, quare credat, verum esse id, quod Scriptura dicit? reponet; quia Scriptura est Verbum Dei, fallere & falli nescientis: in ista, quare credat, hanc Scripturam esse Verbum Dei incorruptum, vel hunc esse sensum Scripturæ à Deo intentum? Hic necessariò pro motivo formali dabit aliquid solum humanum, quia traditiones & auctoritatem Ecclesiæ non agnoscit pro Verbo Dei. Dicit itaque fortassis, Scripturam luce sua & divina indole natales suos prode & se ipsam explicare: atcur hanc lucem potius in Alcorano suo Turca, aut in Thalmud Judæus conspicit, quàm in nostra Scriptura? aut si Christianis solummodo patet hæc lux, cur in iisdem libris eam non æqualiter vident Catholici, Lutherani, Calvinistæ, Anabaptistæ &c. cum omnes investigent, o-

mnæ

mines orent? Reponet forte, id se credere, quia ab interno & privato spiritu id addidit; sed unde constat ipsi, suum spiritum privatum non falli? cur alios sibi potius vult credere, quam ipse illis, cum & isti se à Spiritu S. regi asserant? Fortè ad Doctores suos vel ad Magistratum Politicum confugiet; sed & isti homines sunt, adeoque fallibiles, nec probare sufficienter possunt, se à Deo dirigi, præsertim in ijs rebus, in quibus contradicitur Universali & antiquæ Ecclesiæ.

16. Colliges 3. Modum te fortiter defendendi contra Lutheranos, Calvinistas, & alios Sectarios, eosque ita constringendi, ut nulla ratione contra te quidquam efficere possint. Si igitur forte contingat te impugnari ab uno ex ipsis, id facere debebit Adversarius tuus ex sola Scriptura S. nam aliud Verbum Dei non admittit nisi scriptum, & nihil credendum asserit, nisi scriptum in SS. literis. Ex Scriptura S. itaque te impugnabit, & quidem in linguam vulgarem translata juxta mentem Lutheri, vel Calvini &c. vel juxta propriam. Hoc si fiat, tutò illi negabis ipsam Scripturam, versionem, textus puritatem, interpretationem & sensum: pete ab ipso, ut tibi hæc omnia probet ex sola Scriptura (nam nihil credendum, nisi in Scriptura expressum) & videbis, quòd hereat constrictus, & quasi fascinatus; hæc enim non nisi ad Græcas calendas probabit ex Scriptura sola. Adeoque tua est victoria, tua fides antiqua persistet illæsa; nam *actore non probante res absolvitur, etiamsi nihil præstiterit*,
R. P. Fichler Theol. Polemica.

arg. Cap. accedentibus de Privilegijs, & Cod. de Calumniatoribus Leg. 8. 9. 10. Ita & tua fides accusata, non autem convicta, manet inconcussa, & in possessione veritatis, etiamsi tu nihil præstiteris positivè.

Colliges 4. Modum efficaciter impugnandi Adversarios ex Scriptura S. & aggressivè, seu offensivè, ut ita loquar, te gerendi, si id tibi placuerit. Nunquam enim teneris sustinere partes Argumentantis, sed solum Defendentis, seu defensivè te gerendi, cum sis in possessione, vel potius quasi possessione veræ fidei, veræ Ecclesiæ; de qua defensivè agendi modo dictum est n. precedente. Si igitur placet Sectarium aggredi positivè, & citò iterare, accipe aliquod Mysterium, quod Adversarius tuus credit, v. g. S. Matthæi Evangelium, Trinitatem Personarum, Divinitatem Christi, Baptismum parvulorum &c. quæ Mysteria Adversarius tuus nunquam probabit sufficienter ex sola Scriptura contra Judæos, Sabellianos, Arrianos, & Anabaptistas. Hoc posito sic argue: illa fides est falsa, quæ tenet articulum falsum: sed fides Lutheranorum &c. tenet aliquem articulum falsum: ergo fides Lutheranorum est falsa. Min. prob. Fides Lutheranorum pro articulo, imò pro fundamento fidei habet, quòd nihil sit credendum, nisi clarè & particulatim expressum sit in S. Scriptura: sed hoc est falsum: ergo. Min. iterum prob. prædicta Mysteria (v. g. Evangelium S. Matthæi esse librum divinū &c.) non clarè, particulatim, & determinatè continentur expressa in Scriptura S. ergo iste articulus, qui di-

Ecce cit

cit, nihil credendum, nisi clarè, & particulatim expressum in Scriptura. Si est falsus. Nec video, qua ratione, salvis suis principijs, effugium invenire queat Adversariorum calliditas: adeoque retribus suis constricta victorem te, non quidem venerabitur, sed criminabitur, responsis in convitia verlis.

CONCLUSIO.

TE jam compello, & ad conscientiam tuam provoco, Confessionista, quisquis es rerum intelligens, ac aeternae salutis amans, edicito, utrum ex allatis capitibus seorsim aut simul sumptis, tibi appareat sufficiens motivum, propter quod prudenter tibi imperare possis assensum fidei Divinae firmissimum, certissimum, indubitatum circa doctrinam Confessionis Augustanae. Certè moveri non potes 1. Auctoritate Lutheri, quia vir erat vita & doctrina pessima. 2. Non auctoritate Caroli V. quia is Confessionem Augustanam reprobavit. 3. Non auctoritate Libri Concordiae, quia iste non modò repletus est erroribus & mendacijs, sed etiam in multis deficit à Confessione Augustana. 4. Non auctoritate totius Ecclesiae Lutheranae, quia haec evidenter est falsa Ecclesia. 5. Non auctoritate Ecclesiae Graecae, quia ista ferè ubique contradixit Confessioni, praeterquam quòd ipsamet sit falsa & schismatica Ecclesia. 6. Non defectione Ecclesiae Romanae recentioris, quia haec non minùs persistit integra & incorrupta, quàm fuerit antiqua. 7. Non auctoritate Ecclesiae Romanae antiquae, quia ista in articulis, nos inter & Confessionistas controversis, sentit ubique nobiscum contra Adversarios. 8. Non

bonitate ipsius doctrinae, quam continet, quia illa nec Sancta, nec Evangelica est. 9. Non constantia ipsius Confessionis, quia innumeras mutationes & corruptiones subiit, & vix unquam invariata extitit apud suos. 10. Non miraculosa propagatione, quia nihil habet prodigij, si homo, voluptatis & libertatis avidus, currere incipiat secundum concupiscentias suas, remoto timore Domini; si laxatis cupiditatum frenis impune & circa ullum salutis periculum indulgere genio sinatur, & viam latam inee iere dissolutis moribus, modò inter m credatur &c. 11. Non denique moveri potes auctoritate Scripturae, quia, praeterquam quòd nullum Confessionis suae dogma claro textu Scripturae stabilire possint Confessionista, insuper fateri debent, à se nihil omnino ex Scripturis probari posse.


Adduxi ego memoratos 11. fontes, studio conquisitos, nùm fortè vel ex singulis, vel ex omnibus, vel ex quibusdam eorum, saltem quoad speciem & apparentiam argumenta desumi, & Confessioni Augustanae aliqua auctoritas conciliari possit à Confessionistis, ut utrunque prudentem & firmum assensum ex merito movi ei praestare queant: sed planè demonstratum

stratum haecenus fuisse existimo, ex ijs, sive seorsim sive simul sumptis, non modò sufficientem auctoritatem non conciliari Augustanæ Confessione, ita ut fide divina credi possint illius dogmata, sed multò magis opprobrium & confusionem. Plures fontes ego non reperi, fortè nec tu reperies, ex quibus vel *apparenter* tantum credibilis fiat fide divinâ Confessionis Augustanæ

doctrina. Vide igitur, quid agas, quid tibi in re tanti momenti, ex qua pendet tota aeternitas, animæque salus vel interitus, agendum, quid statuendum.

Ut autem Lector Catholicus ampliore acquirat notitiam Augustanæ Confessionis, apponere placuit genuinum illius textum, qui sequitur.





FORMULA
AUGUSTANÆ CONFSSIONIS,
PROUT OBLATA FUIT

CAROLO V.

IN
COMITIIS AUGUSTÆ

ANNO 1530.

ARTICULI FIDEI
PRÆCIPUI.

I.

De Unitate essentia.

ECclesiæ magno Consensu apud nos docent, Decretum Nicenæ Synodi, de unitate essentia divinae, & de tribus personis verum & sine ulla dubitatione credendum esse. Videlicet quod sit una essentia divina, quæ appellatur & est Deus æternus, incorporeus, impartibilis, immensa potentia, sapientia, bonitate, creator & conservator omnium rerum, visibilium & invisibilium, & tamen tres sint personæ, ejusdem essentia, & potentia, & coeternæ, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Et nomine personæ utuntur ea significatione, qua usi sunt in hac causa Scriptores Ecclesiastici, ut

significet non partem aut qualitatem in alio, sed quod propriè subsistit. Damnant omnes hæreses, contra hunc articulum exortas, ut Manichæos, qui duo principia ponebant, Bonum & Malum, item Valentianos, Arianos, Eunomianos, Mahometistas, & omnes eorum similes. Damnant & Samosatrenos, veteres & neotericos, qui cum tantum unam personam esse contendant, de Verbo & Spiritu sancto astute & impie rhetoricantur, quod non sint personæ distinctæ, sed quod Verbum significet verbum vocale, & Spiritus motum in rebus creatum.

II.

II.

De peccato seu vitio Originis.

Item docent, quod post lapsum Adæ omnes homines, secundum naturam propagati, nascantur in peccato; hoc est, sine metu Dei, sine fiducia erga Deum, & cum concupiscentia, quodque hic morbus seu vitium originis verè sit peccatum, damnans & astringens nunc quoque æternam mortem his,

qui non renascuntur per baptismum & Spiritum sanctum. Damnant Pelagianos, & alios, qui vitium Originis negant esse peccatum, & ut extenuent gloriam meriti, & beneficiorum Christi, disputant hominem proprijs viribus rationis coram Deo iustificari posse.

III.

De Incarnatione Verbi.

Item docent, quod Verbum, hoc est, filius Dei, assumpserit humanam naturam in utero beatæ Mariæ Virginis, ut sit duæ naturæ, divinæ & humanæ, in unitate personæ inseparabiliter conjunctæ, unus Christus verè Deus, & verè homo, natus ex Virgine Mariæ, verè passus, crucifixus, mortuus & sepultus, ut reconciliaret nobis Patrem, & hostia esset non tantum pro culpa originis, sed etiam pro omnibus actualibus hominum peccatis. Idem descendit ad in-

ferna, & verè resurrexit à mortuis tertia die; deinde ascendit ad celos, ut sedeat ad dexteram patris, & perpetuò regnet & dominetur in omnibus creaturis, sanctificet credentes in ipsum, misso in eorum corda Spiritu sancto, qui regat, consoletur, & vivificet eos, ac defendat adversus diabolum, & vim peccati. Idem Christus est paratùs rediturus, ut iudicet vivos & mortuos &c. juxta Symbolum Apostolorum.

IV.

De Iustificacione hominum.

Item docent, quod homines non possint iustificari coram Deo proprijs vitibus, meritis, aut operibus, sed gratis iustificentur propter Christum per fidem, cum credunt, se in gratiam recipi, & peccata re-

mittere propter Christum, qui sua morte pro nostris peccatis satisfecit. Hanc fidem impurat Deus pro iustitia eorum ipso, Rom. 3, & 4.

V.

De Ministerio Evangelij.

Verè hanc fidem consequamur, institutum est ministerium docendi Evangelij & porrigendi Sacramenta. Nam per Verbum & Sacramenta tanquam per in-

strumenta donatur Spiritus sanctus, qui fides efficit, ubi & quando visum est Deo in his, qui audiunt Evangelium, scilicet quod Deus non propter nostra merita, sed propter Christi

E c c c c 3

Chri-

Christum iustificet hos, qui credunt, se propter Christum in gratiam recipi, ut promissionem Spiritus accipiamus per fidem. Dam-

nant Anabaptistas & alios, qui sentiunt, Spiritum sanctum contingere sine verbo externo hominibus per ipsorum preparationes & opera.

VI.

De bonis operibus.

Item docent, quod fides illa debeat bonos fructus parere, & quod oporteat bona opera mandata à Deo facere, propter voluntatem Dei, non, ut confidamus per bona opera justificationem coram Deo mereri. Nam remissio peccatorum & iustificatio fide apprehenditur, sicut testatur &

vox Christi, eam feceritis hæc omnia, dicite: serui inutiles sumus. Idem docent & veteres Scriptores Ecclesiastici. Ambrosius enim inquit: Hoc constitutum est à Deo, ut qui credit in Christum, salvus sit sine opere, sola fide gratis accipias remissionem peccatorum.

VII.

De Ecclesia.

Item docent, quod una sancta Ecclesia perpetuo mansura sit. Est autem Ecclesia congregatio Sanctorum, in qua Evangelium pure docetur, & recte administrantur Sacramenta. Et ad veram unitatem Ecclesie satis est consentire de doctrina E-

vangelij & administratione Sacramentorum; Nec necesse est ubique esse similes traditiones humanas, seu ritus & Ceremonias ab hominibus institutas. Sicut inquit Paulus: Una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium.

VIII.

De Sacramentorum administratione.

Quamquam Ecclesia proprie sit congregatio sanctorum & vere credentium, tamen cum in hac vita multi hypocritæ & mali admixti sint, licet uti Sacramentis, quæ per malos administrantur juxta vocem Christi: sedent Scribæ & Pharisei in Cathedra Moysi &c. Et Sacramenta & Verbum pro-

pter ordinationem & mandatum Christi sunt efficacia, etiam si per malos exhibeantur. Damnant Donatistas & similes, qui negabant uti licere ministerio malorum in Ecclesia, & sentiebant, ministerium malorum inutile & inefficax esse.

IX.

De Baptismo.

De Baptismo docent, quod necessarius sit ad salutem, quodque per Baptismum offeratur gratia Dei, & quod pueri sint baptizandi, qui per Baptismum

oblato Deo recipiuntur in gratiam Dei. Damnant Anabaptistas, qui improbant baptismum puerorum, & affirmant, sine baptismo pueri salvos fieri.

X.

De Cena Domini.

DE Cena Domini docent, quod corpus & sanguis Domini verè adint, & distribuantur vescentibus in Coena Domini, & improbant secus docentes.

XI.

De Confessione.

DE Confessione docent, quod Absolutio privata in Ecclesiis retinenda sit, quam in Confessione non sit necessaria omnium delictorum enumeratio. Est enim impossibilis juxta Psalmum; Delicta quis intelligit?

XII.

De Penitentia.

DE Penitentia docent, quod lapsus post Baptisum contingere possit remissio peccatorum, quocunque tempore, eam convertuntur. Et quod Ecclesia talibus redeuntibus ad penitentiam debeat absolutionem impetiri. Constat autem penitentia propriè his duabus partibus; Altera est contritio, seu terrores incussi conscientiae agnito peccato; Altera fides, quae concipitur ex Evangelio seu Absolutione, & credit, propter Christum remitti peccata, & consolatur conscientiam, & ex terroribus liberat. Deinde sequi debent bona opera, quae sunt fructus penitentiae. Damnant Anabaptistas, qui negant, semel justificados posse amittere Spiritum sanctum. Item qui contendunt, quibusdam tantam in hac vita perfectionem contingere, ut peccare non possint. Damnantur & Novatiani, qui volebant absolvi lapsos post Baptisum redeuntibus ad penitentiam. Reijciuntur & isti, qui non docent remissionem peccatorum per fidem contingere, sed jubent nos mereri gratiam per satisfactiones nostras.

XIII.

De Usu Sacramentorum.

DE Usu Sacramentorum docent, quod Sacramenta instituta sint, non modò ut sint notae professionis inter homines, sed magis ut sint signa & testimonia voluntatis Dei erga nos, ad excitandam & confirmandam fidem in his, qui utuntur, proposito. Itaque utendum est Sacramentis ita, ut fides accedat, quae credit promissionibus. Damnant igitur illos, qui docent, quod Sacramenta ex opere operato justificent.

XIII.

De Ordine Ecclesiastico.

DE Ordine Ecclesiastico docent, quod nemo debeat in Ecclesia publicè docere aut Sacramenta administrare, nisi ritè vocatus.

XV.

XV.

De ritibus Ecclesie.

DE ritibus Ecclesiasticis docent, quòd ritus illi servandi sunt, qui sine peccato servari possunt, & profunt ad tranquillitatem & bonum ordinem in Ecclesia, sicut coræ feriæ, festa & similia.

De talibus rebus tamen admonentur homines, ne conscientie onerentur, tanquam talis cultus ad salutem necessarius sit. Ad-

monentur etiam, quòd traditiones humane institutæ ad placandum Deum, ad promovendam gratiam, & ad satisfaciendum pro peccatis, advescentur Evangelio & doctrinæ fidei. Quare vota & traditiones de cibis & diebus institutæ ad promovendam gratiam & satisfaciendum pro peccatis inutiles sunt & contra Evangelium.

XVI.

De rebus Civilibus.

DE rebus civilibus doceat, quòd legitime ordinationes civiles sunt bona opera Dei, quòd Christianis liceat gerere Magistratus, exercere judicia, judicare res ex Imperatoris, & alijs præsentibus legibus, supplicia jure constituere, jure bellare, militare, lege contrahere, tenere proprium, jurare postulantibus Magistratibus, ducere uxorem, nubere. Damnant Anabaptistas, qui interdiciunt hæc civilia officia Christianis. Damnant etiam illos, qui Evan-

gelicam perfectionem non collocant in Timore Dei & Fide, sed in detestandis civilibus officijs, quia Evangelium tradit justitiam æternam cordis. Interim non dissipat Politiam & Oeconomiam, sed maxime postulat conservare tanquam ordinationes Dei, & in talibus ordinationibus exercere caritatem. Itaque necessariò debent Christiani obedire Magistratibus suis & legibus. Nisi cum subent peccare, tunc enim debent magis obedire Deo quàm hominibus, Act. 5.

XVII.

De Judicio Dei.

Item docent, quòd Christus apparebit in consummatione Mundi ad judicandum, & mortuos omnes resuscitabit, pijs & electis dabit vitam æternam, & perpetua gaudia, impios autem homines, ac diabolos condemnabit, ut sine fine crucientur. Dam-

nant Anabaptistas, qui sentiunt, hominibus damnatis ac diabolis finem pœnarum futurum esse. Damnant & alios, qui nunc spargunt Judaicas opiniones, quòd ante resurrectionem mortuorum pij regnum mundi occupaturi sint, ubique oppressis impijs.

XVIII.

De libero arbitrio.

DE libero arbitrio docent, quòd humana voluntas habeat aliquam libertatem ad efficiendam civilem justitiam

& deligendas res rationi subjectas. Sed non habet vim sine Spiritu sancto efficiendæ justitiæ Dei, seu justitiæ spiritualis, quia ani-

malis homo non percipites, quæ sunt Spiritus Dei; sed hæc fit in cordibus, cum per verbum Spiritus concipitur. Hæc totidem verbis dicit Augustinus lib. 3. Hypognosticon. Esse fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneum in his, quæ ad Deum pertinent, sine Deo aut inchoare aut certè peragere, sed tantum in operibus vitæ presentis tam bonis quam malis. Bonis vero, quæ de bono naturæ oriuntur, id est,

velle laborare in agro, velle manducare & bibere, velle habere amicum, velle habere indumenta, velle fabricare domum, velle uxorem ducere, pecora nutrire, artem discere diversarum rerum bonarum, velle, quicquid bonum ad præsentem pertinet vitam. Quæ omnia non sine divino gubernaculo subsistunt, imò ex ipso & per ipsum sunt, & esse coeperunt. Malis vero dico, ut est velle idolum colere, velle homicidium &c.

XIX.

De causa peccati.

De causa peccati docent, quod tamen Deus creat & conservat naturam, tamen causa peccati est voluntas malorum, videlicet diaboli & impiorum, quæ non

adjuvante Deo, avertit se à Deo, sicut Christus ait Joan. 6. Cum loquitur monachus, ex seipso loquitur.

XX.

De fide & bonis operibus.

Falsò accusantur nostri, quod bona opera prohibeant. Nam scripta eorum, quæ extant de decem præceptis, & alia simili argumento restantur, quod utiliter docuerint de omnibus vitæ generibus & officiis, quæ genera vitæ, quæ opera in qualibet vocatione Deo placeant. De quibus rebus olim parùm docebant Concionatores, tantum puerilia & non necessaria opera urgebant, ut certas ferias, certa sejunia, fraternitates, peregrinationes, cultus Sanctorum, rosaria, monachatum, & similia. Hæc adversarij nostri jam admoniti dediscunt, nec perinde prædicant hæc inutilia opera, ut olim. Incipiunt etiam fidei mentionem facere, de qua olim mirum erat silentium. Docent, nos non tantum operibus justificari, sed conjungunt fidem & opera, & dicunt, nos fide & operibus justificari. Quæ doctrina tolerabilior est priore, & potest plus afferre consolationis, quam veteris ipsorum doctrina. Cum igitur doctrina de fide, quam oportet in Ecclesia

præcipuam esse, tam diu jacuerit ignota, quemadmodum omnes fateri necesse est, de fidei justitia altissimum fuisse silentium in concionibus, tantum doctrinam operum veritatem esse in Ecclesijs, nostri de fide sic admonuerunt Ecclesijs. Principio, quod opera nostra non possint reconciliare Deum, aut mereri remissionem peccatorum & gratiam, sed hæc tantum fide consequimur, credentes, quod propter Christum recipiamur in gratiam, qui solus positus est mediator & propitiatorum, per quem reconciliatur Pater. Itaque qui confidit operibus, se mereri gratiam, is aspernatur Christi meritum & gratiam, & querit sine Christo humanis viribus viam ad Deum, cum Christus de se dixerit: Ego sum via, veritas, & vita. Hæc doctrina fidei ubique in Paulo tractatur. Ephel. 2. Gal. 2. Gratia salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei donum est, non ex operibus &c. Et ne quis videatur cavillari posse, à nobis novam Pauli inter-

pre-

pretationem excogitari, tota hæc causa habet testimonia Patrum. Nam Augustinus multis voluminibus defendit gratiam & iustitiam fidei contra merita operum. Et similia docet Ambrosius de vocatione Gentium, & alibi. Sic enim inquit de vocatione Gentium: Vileceret redemptio sanguinis Christi, nec misericordiae Dei humanorum operum prerogativa succumberet, si iustificatio, quæ sit per gratiam, meritis præcedentibus deberetur, ut non munus largientis, sed merces esset operantis. Quamquam autem hæc doctrina contemnitur ab imperitis, tamen experientur pia & pavidæ conscientie, plurimum eam consolationis afferre, quia conscientie non possunt reddi tranquillæ per ulla bona opera, sed tantum fide, cum cerèd statunt, quod propter Christum habeat placatum Deum. Quemadmodum Paulus docet Rom. 5. Iustificari per fidem, pacem habemus apud Deum. Tota hæc doctrina ad illud certamen perterrefactæ conscientie referenda est, nec sine illo certamine intelligi potest. Quare malè iudicant de ea re imperiti, & profani, qui Christianam iustitiam nihil esse somniant, nisi civilem & philosophicam iustitiam. Olim vexabantur conscientie doctrina operum, non audiebant ex Evangelio consolationem. Quosdam conscientia expulsi in desertum, in Monasteria, sperantes se ibi gratiam merituos esse per vitam monasticam. Alij alia excogitaverunt opera, ad promerendam gratiam & satisfaciendum pro peccatis. Ideo magnopere fuit opus, doctrinam hanc de fide in Christum tradere, & renovare, ne deesset consolatio pavidis conscientijs, sed scirent, fide in Christum apprehendi gratiam & remissionem peccatorum. Admonentur etiam homines, quod hic nomen fidei non significet tantum historie notitiam, qualis est in impijs & diabolo, sed significat fidem, quæ credit non tantum historiam, sed etiam effectum historie, hunc videlicet articulum, Remissionem peccatorum, quod videlicet per Christum habeamus gratiam, iustitiam, & remissionem peccatorum. Jam qui scit, se per Christum habere propitium Patrem, is verè adorat Deum, scit se ei curæ esse, invocat De-

um. Denique non est sine Deo sicut Gentes. Nam diaboli & impij non possunt hunc articulum credere, Remissionem peccatorum. Ideo Deum tanquam hostem oderunt, non invocant eum, nihil boni ab eo expectant. Augustinus etiam de fidei nomine hoc modo admonet lectorem, & docet, in scripturis nomen fidei accipi, non pro notitia, qualis est in impijs, sed pro fiducia, quæ consolatur & etigit perterrefactas mentes. Præterea docent nostri, quod necesse sit bona opera facere, non ut confidamus per ea gratiam mereri, sed propter voluntatem Dei. Tantum fide apprehenditur remissio peccatorum ac gratia. Et quia per fidem accipitur Spiritus sanctus, jam corde renovatur, & inducunt novos affectus, ut bona opera parere possint. Sic enim Ambrosius ait: Fides bonæ voluntatis, & iustæ actionis generatrix est. Nam humanæ vires, sine Spiritu sancto, plene sunt impijs affectibus, & sunt imbecilliores, quam ut possint bona opera efficere coram Deo. Ad hæc sunt in potestate diaboli, qui impellit homines ad varia peccata, ad impias opiniones, ad manifesta scelera. Quemadmodum est videre in Philosophis, qui & ipsi conari honestè vivere, tamen id non potuerunt efficere, sed contaminati sunt multis manifestis sceleribus. Talis est imbecillitas hominis, cum est sine fide & Spiritu sancto, sed tantum humanis viribus se gubernat. Hinc facillè apparet, doctrinam hanc non esse accusandam, quod bona opera prohibeat, sed multo magis laudandam, quod ostendat, quomodo bona opera facere possimus. Nam sine fide nullo modo potest humana natura primi aut secundi præcepti opera facere. Sine fide non invocat Deum, nihil à Deo expectat, non tolerat crucem, sed querit humana præsidia, confidit humanis præsidijs. Ita in corde regnant omnes cupiditates, & humana consilia, cum abest fides & fiducia erga Deum. Quare & Christus inquit: sine me nihil potestis facere, Joan. 15. Et Ecclesia canit: sine tuo Numine, nihil est in homine, nihil est innovatum.

XXI.

De Cultu Sanctorum.

De cultu Sanctorum docent, quod memoria Sanctorum proponi potest, ut imitemur fidem eorum, & bona opera juxta vocationem. Ut Cæsar imitari potest exemplum David in bello gerendo, ad depellendos Turcas à patria. Nam uterque Rex est. Sed Scriptura non docet invocare Sanctos, aut petere auxilium à sanctis. Quia unum Christum proponit nobis mediatorem, propitiorem, Pontificem, & intercessorem. Hic invocandus est, & promittit se exauditurum esse preces nostras, & hunc cultum maxime probat, videlicet ut invocetur in omnibus afflictionibus. 1. Joan. 2. Si quis peccat, habemus advocatum apud Deum.

Hæc ferè summa est doctrinæ apud nos, in qua certari potest, nihil esse, quod discrepet à Scripturis, vel ab Ecclesia Catholica, vel ab Ecclesia Romana, quatenus nobis ex

Scriptoribus nota est. Quod cum ita sit, inclementer judicant isti, qui nostros pro hæreticis haberi postulant. Tota dissensio est de paucis quibusdam abusibus, qui sine certa autoritate in Ecclesias irreperunt, in quibus etiam si qua esset dissimilitudo, tamen decebat hæc lenitas Episcopos, ut propter Confessionem, quam modò recensimus, tolerarent nostros, quia ne Canones quidem tam duri sunt, ut eosdem ritus ubique esse postulent. Neque similes unquam omnium Ecclesiarum ritus fuerunt. Quanquam apud nos magna ex parte veteres ritus servantur. Falsa enim calumnia est, quod omnes ceremoniæ, omnia vetera instituta in Ecclesijs nostris aboleantur. Verùm publica querela fuit, abusus quosdam in vulgaribus rebus hæerere. Hi quia non poterant bona conscientia probari, aliqua ex parte correcti sunt.

ARTICULI,

In quibus recensentur abusus mutati.

I.

De utraque Specie.

Cum Ecclesiæ apud nos de nullo fidei articulo dissentiant ab Ecclesia Catholica, tantum paucos quosdam abusus committant, qui novi sunt, & contra voluntatem Canonum vitio temporum recepti, rogamus, ut Cæsarea Majestas clementer audiat, & quid sit mutatum, & quæ fuerint causæ, quod minus coactus sit populus illos abusus contra conscientiam observare. Nec habeat fidem Cæsarea Majestas istis, qui, ut inflamment odia hominum adversus nostros, miras calumnias spargunt in populum.

R. P. Pichler Theol. Polemista.

Hoc modo irritatis animis bonorum virorum initio præbuerunt occasionem huic diffidio, & eadem arte conantur nunc augere discordias. Nam Cæsarea Majestas haud dubiè comperiet, tolerabiliorem esse formam, & doctrinæ & ceremoniarum apud nos, quam qualem homines iniqui & malevoli describunt. Neque veritas ex vulgi rumoribus aut maledictis inimicorum colligi potest. Facile autem hoc judicari potest, nihil magis prodesse ad dignitatem ceremoniarum conservandam, & alendam reveren-

F f f f 2

tiam

tiam ac pietatem in populo, quam si ceremonie ritè fiant in Ecclesijs.

Laicis datur utraque species Sacramenti in Cœna Domini, quia hic mos habet mandatum Domini Matth. 26. Bibite ex hoc omnes. Ubi manifestè præcepit Christus, de poculo ut omnes bibant, & ne quis cavillari possit, quòd hoc ad Sacerdotes tantùm pertineat, Paulus ad Corinth. exemplum recitat, in quo apparet, totam Ecclesiam utraque specie usam esse. Et diu mansit hic mos in Ecclesia, nec constat, quando aut quo autore primùm mutatus sit, tamen Cardinalis Cusanus recitat, quando sit approbatus. Cyprianus testatur, aliquot locis sanguinem populo datum esse. Item testatur Hieronymus, qui ait, Sacerdotes Eucharisti-

am ministrant, & sanguinem Christi populis dividunt. Imò Gelasius Papa mandat, ne dividatur Sacramentum, Dist. 1. de Consecratione, Cap. Comperimus. Tantùm consuetudo non ita verus aliud habet. Constat autem, quòd consuetudo, contra mandata Dei introducta, non sit probanda, ut testatur Canon. Dist. 8. Cap. Veritate, cum sequentibus. Hæc verò consuetudo non solum contra Scripturam, sed etiam contra veteres Canones & exemplum Ecclesiæ recepta est. Quare si qui maluerunt utraque specie Sacramenti uti, non fuerunt cogendi, ut aliter facerent cum offensione conscientie.

Et quia divisio Sacramenti non convenit cum institutione Christi, solet apud nos omitti processio, quæ hæcenus hæc solita est

II.

De Conjugio Sacerdotum?

Publica querela fuit de exemplis Sacerdotum, qui non continebant. Quam ob causam & Pius Papa dixisse fertur, fuisse aliquas causas, cur sit ademptum Sacerdotibus conjugium, sed multò majores esse causas, cur reddi debeat. Sic enim scribit Platina. Cùm igitur Sacerdotes apud nos publica illa scandala vitare vellent, duxerunt uxores, & docuerunt, quòd liceat ipsis contrahere matrimonium. Primùm quia Paulus dicit: Habeat unusquisque uxorem suam propter fornicationem. Item: Melius est nubere quàm uri. Secundò Christus inquit: Non omnes capiunt verbum hoc. Ubi docet, non omnes homines ad cœlibatuum idoneos esse, quia Deus creavit hominem ad procreationem, Gen. 1. Nec est humane potestatis, sine singulari dono & opere Dei creationem mutare. Igitur qui non sunt idonei ad cœlibatum, debent contrahere matrimonium. Nam mandatum Dei, & ordinationem Dei, nulla lex humana, nullum votum tollere potest. Ex his causis docent Sacerdotes, sibi licuisse uxores ducere. Constat etiam, in Ecclesia ve-

teri Sacerdotes fuisse maritos. Nam & Paulus ait, Episcopum eligendum esse, qui sit maritus. Et in Germania primùm ante annos quadringentos Sacerdotes vi coacti sunt ad cœlibatum, qui quidem adeò adversati sunt, ut Archiepiscopus Moguntinus, publicaturus edictum Rom. Pontificis eâ de re, pene ab iratis Sacerdotibus per tumultum sit oppressus. Et res gesta est tam inciviliter, ut non solum imposterum conjugia prohiberentur, sed etiam presentia contra omnia jura divina & humana, contra etiam ipsos Canones, factos non solum à Pontificibus, sed à laudatissimis Synodis, distraherentur.

Et cùm, senescente mundo, paulatim humana natura fiat imbecillior, convenit prospicere, ne plura vitia serpent in Germaniam. Porro Deus instituit conjugium, ut esset remedium humane infirmitatis. Ipsi Canones veterem rigorem interdum posterioribus temporibus propter imbecillitatem hominum laxandum esse dicunt, quòd optandum est, ut fiat & in hoc negotio. Videntur enim Ecclesijs aliquando defutura pastores, si diutius prohibeatur conjugium.

Cùm

Cum autem extet mandatum Dei, cum mos Ecclesie sit notus, cum impurus coelibatus plurima pariat scandala, adulteria, & alia scelera digna animadversione boni magistratus: tamen mirum est, nulla in re majorem exerceri severitatem quam adversus conjugium sacerdotum. Deus precipit honore afficere conjugium. Leges in omnibus Robus publicis, bene constitutis, etiam apud Ethnicos maximis honoribus ornaverunt. At nunc capitalibus poenis excruciantur Sacerdotes, & quidem contra Canonum voluntatem, nullam aliam ob causam, nisi propter conjugium. Paulus vocat doctrinam exmoniorum, qua prohibet conjugium, 1. Timoth. 4. Id facile nunc intelligi potest,

cum talibus supplicijs prohibitio conjugij defenditur.

Sicut autem nulla lex humana potest mandatum Dei tollere, ita nec vobis potest tollere mandatum Dei. Proinde etiam Cyprianus suadet, ut mulieres nubant, quae non servant promissam castitatem. Verba ejus sunt haec lib. 1. Epistolarum ep. 11. Si autem perseverare nolunt, aut non possunt, melius est, ut nubant, quam ut in ignem delictijs suis cadant, certe nullum fratribus aut sororibus scandalum faciant. Et equitate quadam utuntur Canones erga hos, qui ante justam aetatem venerunt, quemadmodum ferè haecenus fieri consuevit.

III.

De Missa.

Falso accusantur Ecclesiae nostrae, quod Missam aboleant, retinetur enim Missa apud nos, & summa reverentia celebratur. Servantur & usitatae caeremoniae ferè omnes, praeterquam quod Latinis caeremonijs admisceantur alicubi Germanicae, quae additae sunt ad docendum populum. Nam ad hoc praecipue opus est caeremonijs, ut doceant imperitos. Et Paulus praecipit in Ecclesia uti lingua intellecta populo.

Assuescit populus, ut una utantur Sacramento, si qui sint idonei, id quoque augeat reverentiam ac religionem publicarum caeremoniarum. Nulli enim admittuntur, nisi antea explorati, atque auditi. Admoventur etiam homines de dignitate & usu Sacramenti, quantam consolationem afferat pavidis conscientijs, ut discant Deo credere, & omnia bona à Deo expectare & petere. Hic cultus delectat Deum, talis usus Sacramenti alit pietatem erga Deum. Itaque non videntur apud adversarios Missae majore religione fieri, quam apud nos.

Constat autem, hanc publicam & longè maximam curam omnium bonorum visorum diu fuisse, quod Missae turpiter pro-

fanarentur, collatae ad quæstum. Neque enim obsecrum est, quam late pateat hic abusus in omnibus templis, à qualibus celebrantur Missae, tantum propter mercedem & stipendium, quam multi contra interdictum Canonum celebrant. Paulus autem graviter minatur his, qui indignè tractant Eucharistiam, cum ait. Qui ederit panem, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis, & sanguinis Domini. Itaque cum apud nos admonerentur Sacerdotes de hoc peccato, deserunt apud nos privata Missae, cum ferè nullae privatae Missae nisi quæstus causa fierent.

Neque ignoraverunt hos abusus Episcopi, qui si correxissent eos in tempore, minus nunc esset dissensionum. Antea sua dissimulatione multa vitia passi sunt in Ecclesiam serpere. Nunc verò incipiunt queri de calamitatibus Ecclesiae, cum hic tumultus non aliunde sumptis occasionem, quam ex illis abusus, qui tam manifesti erant, ut tollerari amplius non possent. Magnae dissensiones de Missa, de Sacramento extiterunt. Fortassis ideo, ut de re poenas Orbis tam longè profanationis Missarum, quam in Eccle-

sa tot seculis toleraverunt isti, qui emendare & poterant & debebant. Nam in Decalogo scriptum est. Qui nomine Dei abutitur, non erit impunitus. Et ab initio mundi nulla res divina ita videtur unquam ad questum collata fuisse, ut Missa.

Accessit opinio, quæ auxit privatas Missas in infinitum, videlicet quod Christus sua passione satisfecerit pro peccato originis, & instituerit Missam, in qua fieret oblatio pro quotidianis delictis, mortalibus & venialibus. Hinc manavit publica opinio, quod Missa sit opus delens peccata vivorum & mortuorum ex opere operato. Hic ceptum est disputari, utrum una Missa, dicta pro pluribus, tantundem valeret, quantum singula pro singulis. Hæc disputatio peperit istam infinitam multitudinem Missarum.

De his opinionibus nostri admonuerunt, quod dissentiant à scripturis sanctis, & laudant gloriam passionis Christi. Nam passio Christi fuit oblatio & satisfactio, non solum pro culpa originis, sed etiam pro omnibus reliquis peccatis, ut ad Hebræos scriptum est. Sanctificati sumus per oblationem Jesu Christi semel. Item; una oblatione consummavit in perpetuum sanctificatos.

Item scriptura docet, nos coram Deo justificari per fidem in Christum. Jam si Missa deleret peccata vivorum & mortuorum ex opere operato, contingeret justificatio ex opere Missæ, non ex fide, quod scriptura non patitur.

Sed Christus jubet facere in sui memoriam, quare instituta est Missa, ut fides in his, qui utuntur Sacramento, recorderetur, quæ beneficia accipiat per Christum, & erigat & consolatur pavidam conscientiam. Nam id est meminisse Christi, meminisse beneficia, ac sentire, quod verè exhibeantur nobis. Nec satis est historiam recordari, quia hanc etiam

Judei & impij recordari possunt. Est igitur ad hoc facienda Missa, ut ibi porrigatur Sacramento his, quibus opus est consolatione, sicut S. Ambrosius ait. Quia semper pecco, semper debgo accipere medicinam.

Cum autem Missa sit talis communicatio Sacramento, servatur apud nos una communis Missa singulis ferijs, atque alijs etiam diebus, si qui Sacramento velimè uti, ubi porrigitur Sacramentum his, qui peccant. Neque hic mos in Ecclesia novus est, nam veteres ante Gregorium non faciunt mentionem privaræ Missæ. De communi Missa plurimum loquuntur. Chryllostomus ait, Sacerdotes quotidie stare ad altare, & alios ad communionem accertere, alios accere. Et ex canonicis veteribus apparet, unum aliquem celebrasse Missam, à quo reliqui presbyteri & diaconi sumptunt corpus Domini. Sic enim sonant verba Canonis Niceni: Accipiant Diaconi secundum ordinem post presbyteros ab Episcopo vel à presbytero sacram communionem. Et Paulus de communionem jubet, ut alij alios expectent, ut fiat communis participatio.

Postquam igitur Missa habet apud nos exemplum Ecclesiæ ex scriptura & patribus, confidimus, eam improbari non posse, maxime cum publicæ ceremoniæ, magna ex parte similes viderentur, ferventur, tantum numerus Missarum est dissimilis, quem propter maximos & manifestos abusus certè moderari prodesset. Nam olim etiam in Ecclesijs frequentissimis non fiebat quotidie Missa, ut relatur historia Tripartita lib. 9. cap. 38. Rursus autem in Alexandria quarta & sexta feria scripturæ leguntur, easque doctores interpretantur, & omnia sunt præter solemnem oblationis morem.

IV.

De Confessione.

Confessio in Ecclesijs apud nos non est abolita. Non enim solet porrigi corpus Domini, nisi antea exploratis &

absolutis. Et doceret populus fidelissimè de fide absolutionis, de qua ante hæc tempora magnum erat silentium. Docentur homines

ut absolutionem plurimi faciant, quia sic vox Dei, & mandato Dei pronuncietur. Ornatur potestas clavium, & commemoratur, quantum consolationem afferat perterritis conscientijs, & quod requiritur Deus fides, ut illi absolutioni tanquam vox de celo sonanti credamus, & quod illa fides verè consequatur, & accipiat remissionem peccatorum. Antea immodicè extollantur satisfactiones, fidei verè & meriti Christi, ac iustitiæ fidei nulla fiebat mentio, quare in hac parte minime sunt culpanda Ecclesiæ nostræ. Nam hoc etiam adversarij nobis tribuere coguntur, quod doctrina de penitentiâ diligentissimè à nobis tractata & patefacta sit.

Sed de confessione docent, quod enumeratio delictorum non sit necessaria, nec sint ornanda conscientia curâ enumerandi omnia delicta, quia impossibile est omnia delicta recensere, ut testatur Psalmus. Delicta quis

intelligit? Item Jeremias. Prævalum est cor hominis & inscrutabile. Quod si nulla peccata, nisi scitata, remitterentur, nunquam acquiescere conscientia possent, quia plurima peccata neque vident, neque meminisse possunt. Testantur & veteres scriptores, enumerationem illam non esse necessariam. Nam in Decretis citatur Chrysostomus, qui sic ait. Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neque apud alios te accuses, sed obedite te solo propheta dicenti. Revela ante Deum viam tuam. Ergo non consistere peccata apud Deum, verum iudicem, cum oratione delicta tua pronuncia non lingua, sed conscientia tua memoria &c. Et glossa de penitentiâ, Dist. 5. cap. Consideret, lateatur unum juris esse confessionem. Verùm confessio, cum propter maximum absolutionis beneficium, tum propter alias conscientiarum utilitates apud nos retinetur.

V.

De Discrimine Ciborum.

Publica persuasio fuit non tantum vulgi, sed etiam doctentium in Ecclesijs, quod discrimina ciborum, & similes traditiones humane, sine opera utilia ad promerendam gratiam, & satisfactoria pro peccatis. Et quod sic senserit mundus, apparet ex eo, quia quotidie instituebantur novæ ceremoniæ, novi ostiages, novæ feriæ, novæ jejunia, & doctores in templis exigebant hæc opera tanquam necessarium cultum ad promerendam gratiam, & vehementer terrebant conscientias, si quid omitterent. Ex hac persuasione de traditionibus multa incommoda Ecclesiæ secuta sunt.

Primò obscurata est doctrina de gratia & iustitia fidei, quæ est præcipua pars Evangelij, & quam maxime oportet existere & eminerere in Ecclesiâ, ut meritum Christi bene cognoscatur, & fides, quæ credit remitti peccata propter Christum, longè super opera collocetur. Quare & Paulus in hunc locum maxime incumbit, legem & humanas traditio-

nes removere, ut ostendat, iustitiam Christianam aliud quiddam esse, quam huiusmodi opera, videlicet fidem, quæ credit, peccata remitti gratis propter Christum. Hæc doctrina Pauli pene tota oppressa est per traditiones, quæ pepererunt opinionem, quod per discrimina ciborum, & similes cultus, oporteat mereri gratiam & iustitiam. In penitentiâ nulla mentio fiebat de fide, tantum hæc opera satisfactoria exponebantur. In his putabatur penitentiâ tota consistere.

Secundò hæc traditiones obscuraverunt præcepta Dei, quia traditiones longè præferebantur præceptis Dei, Christianismus totus putabatur esse observatio certarum feriarum, rituum, jejuniorum, vestitus. Hæc observationes erant in possessione honestissimi tituli, quod essent vita spiritualis, & vita perfecta. Interim mandata Dei juxta vocationem nullam laudem habebant, quod patrum familias educabat sobolem, quod marex pariebat, quod Princeps regebat repu-

bli-

blicam, hæc putabantur esse opera mundana & imperfecta, & longè deteriora illis splendidis observationibus. Et hic error valde cruciavit pias conscientias, quæ dolebant se teneri imperfecto vitæ genere, in conjugio, in magistratibus, aut alijs functionibus civilibus, mirabantur Monachos & similes, & falsò putabant, illorum observationes Deo gratiores esse.

Tertiò, traditiones attulerunt, magna pericula conscientijs, quia impossibile erat omnes traditiones servare, & tamen homines arbitrabantur, has observationes necessarios esse cultus. Gerson scribit, multos incidisse in desperationem, quosdam etiam sibi mortem conscivisse, quia senserant, se non posse satisfacere traditionibus, & interim consolationem nullam de justitia fidei, & gratia audierant.

Videmus Summistas & Theologos colligere traditiones, & quærere *iniquitas*, ut levent conscientias, non satis tamen expediunt, sed interdum magis injiciunt laqueos conscientijs. Et in colligendis traditionibus ita fuerunt occupatae Scholæ, & conciones, ut non vacaverit attingere scripturam, & quærere utiliore doctrinam de fide, de cruce, de spe, de dignitate civilium rerum, de consolatione conscientiarum in arduis tentationibus. Itaque Gerson & alij quidam Theologi graviter questi sunt, se his rixis traditionum impediri, quò minus versari possent in meliore genere doctrinæ. Et Augustinus vertat onerare conscientias hujusmodi observationibus, & prudenter admonet Januarium, ut sciat eas indifferenter observandas esse, sic enim loquitur.

Quare non debent nostri videri temerè hanc causam attigisse, aut odio Episcoporum, ut quidam falsò suspicantur. Magna necessitas fuit de illis erroribus, qui nati erant ex traditionibus malè intellectis, admonere Ecclesias. Nam Evangelium cogit in Ecclesijs urgere doctrinam de gratia & justitia fidei, quæ tamen intelligi non potest, si putant homines, se mereri gratiam per observationes ab ipsis electas.

Sic igitur docuerunt, quòd per observationem traditionum humanarum non possimus gratiam mereri, aut satisfacere pro peccatis. Quare non est sentiendum, quòd hujusmodi observationes sint necessarij cultus.

Addunt testimonia ex scriptura. Christus Matth. 15. excusat Apostolos, qui non servaverant usitatum traditionem, quæ tamen videbatur de re media esse, & habere cognationem cum baptismatibus legis, dicit autem: Frustra me colunt mandatis hominum. Igitur non exigit cultum inutilem. Et paulò post addit. Omne, quod intrat in os, non coquinat hominem. Item Rom. 14. Regnum Dei non est esca aut potus. Coloss. 2. Nemo iudicet vos ex cibo, potu, sabbatho, aut die festo. Act. 15. ait Petrus. Quare tentatis Deum imponentes jugum super cervices discipulorum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus, sed per gratiam Domini nostri Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum & illi. Hic verat Petrus onerare conscientias pluribus ritibus sive Mosis sive alijs.

Et 1. Timoth. 4. vocat prohibitionem ciborum, doctrinam dæmoniorum, quia pugnat cum Evangelio talia opera instituire aut facere, ut per ea mereamur gratiam, aut quòd non possit existere humana justitia sine tali cultu.

Hic objiciunt adversarij, quòd nostri prohibeant disciplinam & mortificationem carnis, sicut Joynianus. Verùm aliud reprehenditur ex scriptis nostrorum semper enim docuerunt de cruce, quòd Christianos oporteat tolerare afflictiones. Hæc est vera, & seria, & non simulata mortificatio, varijs afflictionibus exerceri, & crucifigi cum Christo.

Insuper docent, quòd quilibet Christianus debeat se corporali disciplina, aut corporalibus exercitijs & laboribus sic exercere & coëtere, ne satietas aut desidia extimulet ad peccandum, non ut per illa exercitia mereamur remissionem peccatorum, aut satisfaciamus pro peccatis. Et hæc corporalem disciplinam oportet semper urgere, non solum

paucis & constitutis diebus. Sicut Christus præcipit Caveto, ne corpora vestra graventur crapula. Item Hoc genus demoniorum non ejicitur nisi Jejunio & oratione. Et Paulus ait: Castigo corpus meum, & redigo in servitutem. Ubi clarè ostendit, se ideo castigare corpus, non ut per eam disciplinam mereatur remissionem peccatorum, sed ut corpus habeat obnoxium & adoneum ad res spirituales, & ad faciendum officium, juxta vocationem suam. Itaque non damnantur ipsa Jejunia, sed traditiones, quæ certos dies, certos cibos præscribunt, cum periculo conscientie, tanquam istiusmodi opera sint necessarius cultus.

Servantur tamen apud nos pleraque traditiones, ut ordo lectionum in Missa, ferie, & quæ conducunt ad hoc, ut res ordine gerantur in Ecclesia. Sed interim admonentur

homines, quòd talis cultus non justificet coram Deo, & quòd non sit ponendum peccatum in talibus rebus, si omittantur sine scandalo. Hæc libertas in ritibus humanis non fuit ignota Patribus. Nam in Oriente alio tempore servabatur Pascha quàm Romæ, & cum Romani propter hanc dissimilitudinem accusarent Orientem schismatis, admoniti sunt ab alijs, tales mores non oportere ubique similes esse. Et Irenæus inquit: dissimilitudo jejunij fidei consonantiam non solvit, sicut & Dist. 12. Gregorius Papa significat, talem dissimilitudinem non lædere unitatem Ecclesiæ. In historia Tripartita lib. nono multa colliguntur exempla dissimilium rituum, & recitantur hæc verba. Mens Apostolorum fuit, non de diebus festis sancire, sed prædicare bonam conversationem & pietatem.

VI.

De Votis Monachorum.

Quid de votis Monachorum apud nos doceatur, melius intelliget, si quis meminerit, qualis status fuerit Monasteriorum, quàm multa contra ipsos Canones in ipsis Monasterijs quotidie fiebant. Augustini tempore erant libera collegia, postea ubique corrupta disciplina, addita sunt vota tot, ut tanquam excogitato carcere, disciplina restitueretur. Addita sunt paulatim supra vota alia inulta observationes. Et hæc vincula multis ante justam ætatem contra Canones injecta sunt. Multi inciderunt errore in hoc vite genus, quibus etiam si non desissent animi, tamen judicium de suis viribus defuit. Qui sic irretiti erant, cogebantur manere, etiamsi beneficio Canonum quidam liberari possent. Et hoc accidit magis etiam in Monasterijs Virginum, quàm Monachorum, cum sexui inbecilliori magis parendum esset. Hic rigor displicuit multis bonis viris ante hæc tempora, qui videbant, puellas & adolescentes in Monasteria detrueri propter vitium, videbant, quàm infeliciter succederet

hoc consilium, quæ scandala pareret, quot laqueos conscientijs injiceret. Dolebant, autoritatem Canonum in re periculosissima omnino negligi & contemni.

Ad hæc mala accedebat talis persuasio de votis, quàm constat etiam olim displicuisse ipsis Monachis; si qui paulò cordatiores fuerunt. Dicebant, vota paria esse baptismi, dicebant, se hoc vite genere mereri remissionem peccatorum, justificationem coram Deo. Imò addebant amplius, vitam Monasticam non tantum mereri justitiam coram Deo, sed amplius etiam, quia non servaret modè præcepta, sed etiam consilia Evangelica.

Ita perluadebant, Monasticam professionem longè meliorem esse baptismi, vitam Monasticam plus mereri, quàm vitam Magistratum, vitam Pastorum, & similia, quæ in mandatis Dei sine fidei religionibus suæ vocationi serviunt. Nihil horum negari potest: extant enim in libris eorum.

Quid fiebat præterea in Monasterijs? Olim erant scholæ sacrarum literarum, & aliarum

eum disciplinarum, quæ sunt utiles Ecclesiæ, & sumebantur inde Pastores, & Episcopi. Nunc alia res est, nihil opus est recitare nota. Olim ad discendum conveniebant, nunc fingunt, institutum esse vitæ genus ad promerendam gratiam & justitiam, imò prædicant, statum esse perfectionis, & longè præferunt omnibus aliis vitæ generibus à Deo ordinatis.

Hæc ideo recitavimus, nihil odiosè exaggerantes, ut meliùs intelligi posset de hac te doctrina nostrorum. Primum de his, qui matrimonia contrahunt, sic docent apud nos, quòd liceat omnibus, qui non sunt idonei ad exelbarum, contrahere matrimonium, quia vota non possunt ordinationem ac mandatum Dei tollere. Est autem hoc mandatum Dei. Propter fornicationem habeat unusquisque uxorem suam. Neque mandatum solum, sed etiam creatio & ordinatio Dei cogit hos ad conjugium, qui sine singulari Dei opere non sunt excepti, juxta illud. Non est bonum homini esse solum. Igitur non peccant, qui obtemperant huic mandato, & ordinationi Dei. Quid potest contra hæc opponi? Exaggeret aliquis obligationem voti, quantum volent, tamen non poterit efficere, ut votum tollat mandatum Dei.

Canones doceant: in omni voto jus superioris excipi, quare multò minus hæc vota contra mandata DEI valent.

Quòd si obligatio votorum nullas alias habet causas, cur mutari possit, nec Romani Pontifices dispensassent. Neque enim licet homini obligationem, quæ simpliciter est juris divini, rescindere. Sed prudenter judicaverunt Romani Pontifices, æquitatem in hac obligatione adhibendam esse. Ideo sæpe de votis dispensasse leguntur. Nota est historia de Rege Arragonum, revocato ex Monasterio, nec defunt exempla nostri temporis.

Deinde cur exaggerant obligationem adverterari, seu effectum voti, cum interim de ipsa voti natura sileant, quòd debet esse in re possibile, quòd debet esse voluntarium, sponte & consultò conceptum? At quomodo sit

in potestate hominis perpetua castitas, non est ignotum. Et quoruscunque sponte & consilio votit? Puella & adolescentes, priusquam judicare possunt, persuadentur ad votendum, interdum etiam coguntur. Quare non est æquum tam rigidè de obligatione disputare, cum omnes fateantur, contra voti naturam esse, quòd non sponte, quòd inconsultò admittitur.

Plerique Canones rescindunt vota ante annum 17. contracta, quia ante illam ætatem non videtur tantum esse judicij, ut de perpetua vita constitui possit. Alius Canon, plus concedens hominum imbecillitati, addit annos aliquot, vetat enim ante annum 18. votum fieri. Sed utrum sequemur, maxima pars habet excusationem, cur Monasteria deserant, quia plurimi ante hæc ætatem venerint.

Postremò etiam, si voti violatio reprehendi posset, tamen non videtur statim sequi, quòd conjugia talium personarum dissolvenda sint. Nam Augustinus negat, debere dissolvi. 28. quart. cap. Nuptiarum, cujus non est levis autoritas, etiam si postea aliter senserunt.

Quanquam autem mandatum Dei conjugio videatur plerosque liberare à votis, tamen nostri afferunt & aliam rationem de votis, quòd sint irrita, quia omnis cultus Dei, ab hominibus sine mandato Dei institutus & electus ad promerendam gratiam & justificationem, impius est, sicut Christus ait. Frustra colunt me mandatis hominum. Et Paulus ubique docet, justitiam non esse querendam ex nostris observationibus & cultibus, qui sunt excogitati ab hominibus, sed contingere eam per fidem, credentibus se recipi in gratiam à Deo propter Christum.

Constat autem, Monachos docuisse, quòd fictitiæ religiones satisfaciunt pro peccatis, mereantur gratiam & justificationem. Quid hoc est aliud, quàm de gloria Christi detrahere, & obscurare, & negare justitiam fidei? Sequitur igitur, ista vota usitata impios cultus fuisse, quare sunt irrita. Nam votum impium, & factum contra mandata Dei, non valet.

valet, neque enim votum debet esse vinculum iniquitatis, ut Canon dicit.

Paulus dicit: Evacuati estis à Christo, qui in lege justificamini, à gratia excidistis. Ergo etiam, qui votis justificari volunt, evacuatur à Christo, & à gratia excidunt. Nam qui votis tribuunt justificationem, tribuunt proprijs operibus hoc, quod propriè ad gloriam Christi pertinet. Neque verò negari potest, quin Monachi docuerint, se per vota & observationes suas justificari, & mereri remissionem peccatorum, imò affixerunt absurdiora. Dixerunt, se alijs mutuari sua opera. Hæc, si quis velit odiosè exaggerare, quam multa possit colligere, quorum jam ipsos Monachos pudet. Ad hæc persuaserunt hominibus, fictitias religiones esse statum Christianæ perfectionis. An non est hoc justificatione tribuere operibus? Non est leve scandalum in Ecclesia populo proponere certum cultum, ab hominibus excogitatum sine mandato Dei, & docere, quod talis cultus justificet homines? Quia iustitia fidei, quam maximè oportet tradi in Ecclesia, obscuratur, cum illæ mirificæ religiones Angelorum, simulatio paupertatis & humilitatis, & cœlibatus offunduntur oculis hominum.

Præterea obscuratur præcepta Dei, & verus cultus Dei, cum audiunt, solos Monachos in statu perfectionis esse, quia perfectio Christiana est serivò timere Deum, & rursus concipere magnam fidem, & considerare propter Christum, quod habeamus Deum placatum, petere à Deo, & certò expectare auxilium in omnibus rebus gerendis, iuxta vocationem. Interim foris facere diligenter bona opera, & servire vocationi. In

his rebus est vera perfectio, & verus cultus Dei. Non est in cœlibatu, aut mendicitate, aut veste sordida. Verùm populus concipit multas perniciosas opiniones ex illa falsis præconibus vitæ Monasticæ. Audit sine modo laudari cœlibatum, ideo cum offensione conscientie versatur in conjugio. Audit solos mendicos perfectos esse, ideo cum offensione conscientie retinet possessiones, negotiatur. Audit, consilium Evangelicum esse de non vindicando, ideo alij in privata vita non verentur ulcisci, audiunt enim prohiberi vindictam consilio, non præcepto. Alij contra etiam magis errant, quia omnes Magistratus, omnia Civilia Officia judicant indigna esse Christianis, & cum Consilio Evangelico pugnare. Leguntur exempla hominum, qui deserto conjugio, defecta reipublicæ administratione, in Monasteria se se abdiderunt. Id vocabant fugere ex mundo, & querere sanctum vitæ genus, nec videbant, Deo serviendum esse in illis mandatis, quæ ipse tradidit, non in mandatis, quæ sunt excogitata ab hominibus. Bonum & perfectum vitæ genus est, quod habet mandatum Dei. De his rebus necesse est admoneri homines. Et ante hæc tempora reprehendit Gerson errorem Monachorum de perfectione, & restatur, suo tempore novam hanc vocem fuisse, quod vita Monastica sit status perfectionis.

Tam multæ impiæ opiniones hærent in votis, quod justificent, quod sint perfectio Christiana, quod servent Monachi consilia & præcepta, quod habeant opera supererogationis. Hæc omnia cum sint falsa & inania, faciunt vota irrita.

VII.

De Potestate Ecclesiastica.

Magnæ disputationes olim fuerunt de potestate Episcoporum, in quibus nonnulli incommode commiscuerunt potestatem Ecclesiasticam, & potestatem gladij. Et ex hac confusione maxima bella, maximi motus extiterunt, dum Pontifices, freti pote-

state clavium, non solùm novos cultus instituerunt, reservatione casuum, violentis excommunicationibus conscientias operaverunt, sed etiam regna mundi transferre, & Imperatoribus adimere imperium conati sunt. Hæc vitia multò antè reprehenderunt

R. P. Pichley Theol. Polemica.

Ggggg 2

ia

in Ecclesia homines pii ac eruditi. Itaque nostri ad consolandas conscientias coacti sunt ostendere discrimen Ecclesiasticæ potestatis, & potestatis gladij, & docuerunt utramque propter mandatum Dei religiosè venerandam, & honore afficiendam esse, tanquam summa Dei beneficia in terris.

Sic autem sentiunt, potestatem clavium, seu potestatem Episcoporum, juxta Evangelium, potestatem esse seu mandatum Dei, prædicandi Evangelij, remittendi & retinendi peccata, & administrandi Sacramenta. Nam cum hoc mandato Christus mittit Apostolos, Sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis peccata, retenta sunt. Et Matth. 16. Ite, prædicare Evangelium omni creaturæ &c.

Hæc potestas exercetur tantum docendo seu prædicando verbum, & porrigendo Sacramenta, vel multis vel singulis juxta vocationem, quia conceduntur non res corporales, sed res æternæ, justitia æterna, Spiritus sanctus, vita æterna. Hæc non possunt contingere nisi per ministerium verbi & Sacramentorum, sicut Paulus dicit. Evangelium est potentia Dei, ad salutem omni credenti. Itaque cum potestas Ecclesiastica concedat res æternas, & tantum exercetur per ministerium verbi, non impedit politicam administrationem, sicut ars canendi nihil impedit politicam administrationem. Nam politica administratio versatur circa alias res quam Evangelium. Magistratus defendit non mentes, sed corpora & res corporales, adversus manifestas injurias, & coercet homines gladio, & corporalibus poenis, ut justitiam civilem & pacem retineant. Evangelium defendit mentes adversus impias opinionēs, adversus diabolum, & mortem æternam.

Non igitur commiscendæ sunt potestates Ecclesiasticæ & Civiles, Ecclesiastica suam habet mandatum, Evangelij docendi, administrandi Sacramenta. Non irumpat in alienum officium, non transferat regna mundi, non abroget leges Magistrarum, non tollat

legitimam obedientiam, non impediatur judicium de ullis civilibus ordinationibus aut contractibus, non præscribat leges Magistratibus de forma reipublicæ, sicut dicit Christus. Regnum meum non est de hoc mundo. Item, quis constituit me judicem aut divisorem super vos? Paulus ait Philip. 5. Nostri potentia in Cælis est. 2. Corinth. 10. Armæ militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Dei, ad destruendas cogitationes &c. Ad hunc modum discernunt nostri utriusque potestatis officia, & jubent utramque honore afficere, & agnoscere, utramque Dei donum & beneficium esse.

Siquam habent Episcopi potestatem gladij, hanc non habent ut Episcopi mandato Evangelij, sed jure humano donatam à Regibus & Imperatoribus, ad administrationem civilem suorum honorum. Hæc interim alia functio est quam ministrorum Evangelij.

Cum igitur de jurisdictione Episcoporum quaeritur, discerni debet imperium ab Ecclesiastica jurisdictione. Porro secundum Evangelium, seu ut loquuntur, de jure divino, hæc jurisdictio competit Episcopis, ut Episcopis, hoc est, his, quibus est commissum ministerium verbi & Sacramentorum, remittere peccata, doctrinam ab Evangelio dissentientem rejicere, & impios, quorum nota est impietas, excludere à communione Ecclesiæ, sine vi humana, sed verbo. Hic necessarid, & de jure divino, debent eis Ecclesiæ præstare obedientiam, juxta illud: qui vos audit, me audit.

At cum aliquid contra Evangelium doceat, aut statuunt, tunc mandatum Dei habent Ecclesiæ, quod prohibet obedire Matth. 7. Cavete à Pseudopphetis. Gal. 1. Si Angelus de Cælo aliud Evangelium evangelizaverit, anathema sit. 2. Corinth. 13. Non possumus aliquid contra veritatem, sed pro veritate. Item, data est nobis potestas ad ædificationem, non ad destructionem. Sic enim & Canones præcipiunt 2. q. 7. cap. Sacerdotes, & cap. Oves. Et Augustinus contra Petilianum Epistolam inquit. Nec Catho-

licis

eis Episcopis consentiendum est, sicubi forte falluntur, aut contra Canonicas Dei scripturas aliquid sentiunt.

Si quam habent aliam sive potestatem, sive Jurisdictionem in cognoscendis certis causis, videlicet matrimonij, aut decimarum &c. hanc habent humano jure. Ubi cessantibus Ordinarijs coguntur Principes vel inviti, retinendæ publicæ pacis causâ, subditis jus dicere.

Præter hæc disputatur, utrum Episcopi seu Pastores habeant jus instituendi ceremonias in Ecclesia, & leges de cibis, feriis, gradibus ministrorum, seu ordinibus, condendi. Hoc jus qui tribuunt Episcopis, allegant testimonium: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. Cùm autem venerit spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem. Allegant & exemplum Apostolorum, qui prohibuerunt abstinere à sanguine, & suffocato. Allegant sabbathum mutatum in diem Dominicum contra Decalogum, ut videtur. Nec ultimum exemplum magis jactatur quàm mutatio sabbathi, magnam contendunt Ecclesiæ potestatem esse, quòd dispensaverit de præcepto Decalogi.

Sed de hac questione nostri sic docent, quòd Episcopi non habeant potestatem constituendi aliquid contra Evangelium, ut supra ostensum est. Idem docent & Canones. 9. Distinct. per totum. Porro contra scripturam est, traditiones condere, ut per earum observationem satisfaciamus pro peccatis, ut mereamur justificari. Læditur enim gloria meriti Christi, cùm talibus observationibus justificari nos sentimus. Constat autem propter hanc persuasionem, in Ecclesia pene infinitum crevisse traditiones, opprella interim doctrina de fide & de justitia fidei, quia subinde plures feræ factæ sunt, jejunia indita, ceremoniæ novæ, Ordines novi instituti, quia arbitrabantur se autores talium rerum his operibus mereri gratiam. Sic olim creverunt Canones penitentiales, quorum adhuc in satisfactionibus vestigia quaedam videmus.

Item autores traditionum faciunt contra

mandatum Dei, cùm collocant peccatum in cibis, diebus, & similibus rebus, & onerant Ecclesiam servitute legis, quasi oporteat apud Christianos ad promerendam justificationem cultum esse similem Levitico, cujus ordinationem commiserit Deus Apostolis, sic enim scribunt quidam. Et videntur Pontifices aliqua ex parte exemplo legis Mosaicæ decepti esse. Hinc sunt illa onera, quòd peccatum mortale sit, etiam sine offensione aliorum, in ferijs laborare manibus, quòd seri cibi poluant conscientiam, quòd jejunia non natura, sed afflictiva, sint opera placantia Deum, quòd peccatum mortale sit omittere horas Canonicas, quòd peccatum in casu reservato non possit remitti, nisi accesserit autoritas reservantis, cùm ipsi Canones non de reservatione culpæ, sed de reservatione pœnæ Ecclesiasticæ loquantur.

Unde habent jus Episcopi has traditiones imponendi Ecclesijs, ad illaqueandas conscientias? Cùm Petrus veteri imponere jugum discipulis, cùm Paulus dicat, potestatem ipsi datam esse ad ædificationem, non ad destructionem. Cur igitur argent peccata per has traditiones?

Verùm extraneis testimonia, quæ prohibent condere tales traditiones ad promerendam gratiam, aut tanquam necessarias ad salutem. Paulus Colos. 2. Nemo vos judicet in cibo, & potu, parte diei festi, novilunio aut sabbathis. Item si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quare tanquam viventes in mundo, decreta facitis? Non attingas, non gusses, non contractes, quæ omnia pereunt usu, & sunt mandata & doctrinæ hominum, quæ habent speciem sapientiæ. Ad Tim. 3. Non attendentes Judaicis fabulis, & mandatis hominum averfantium veritatem. Christus Matthæi 23. inquit de his, qui exigunt traditiones. Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Et improbat tales cultus. Omnis plantatio, quam non plantavit pater meus cœlestis, eradicabitur.

Si jus habent Episcopi talibus traditionibus onerandi conscientias, cur toties prohibet scriptura condere novas traditiones? cur

Ggggg 3

vdeat

vocat eas doctrinas demoniorum? Num frustra hæc præmonuit Spiritus sanctus: Relinquitur igitur, cum ordinationes instituta tanquam necessaria, aut cum opinione promerenda justificationis pugnent cum Evangelio, quod non liceat ullis Episcopis tales cultus instituere, aut tanquam necessarios exigere. Necessè est enim in Ecclesijs retineri doctrinam de libertate Christiana, quod non sit necessaria legis servitus ad justificationem, sicut in Galatis scriptum est. Nolite iterum iugo servitutis subijci. Necessè est retineri præcipuum Evangelij locum, quod gratiam per fidem in Christum consequamur, non per certas observationes, aut propter cultus ab hominibus institutos.

Quid igitur sentiendum est de die Dominico, & similibus ritibus templorum? Ad hæc respondent, quod liceat Episcopis seu Pastoribus facere ordinationes, ut res ordine gerantur in Ecclesia, non ut per eas satisficiamus pro peccatis, aut obligentur conscientia, ut judicent esse necessarios cultus. Sic Paulus ordinat, ut in congregatione mulieres velent capita, & ordine audiantur in Ecclesia interpretes.

Talibus ordinationibus convenit Ecclesias propter caritatem ac tranquillitatem obtemperare, easque servare eatenus, ne alij offendant alios, sed ut ordine & sine tumultu omnia fiant in Ecclesijs. Verùm ita, ne conscientia onerentur, ut ducant esse res necessarias ad salutem, ac judicent se peccare, cum violant eas sine scandalo, sicut nemo dixerit peccare mulierem, quæ in publicum non velato capite procedit, sine offensione hominum.

Talis est observatio diei Dominici, Paschatis, Pentecostes, & similibus feriarum, & rituum. Nam qui judicant Ecclesiam auctoritate institutam esse pro sabbatho diei Dominici observationem, tanquam necessariam, non rectè sentiunt. Scriptura abrogavit sabbatum, non Ecclesia, nam post revelatum Evangelium omnes ceremonie Moisaicæ omitti possunt. Et tamen quia

opus erat constituere certum diem, ut sciret populus, quando convenire deberet; appareret, Ecclesiam ei rei destinasse diem Dominicum, quia ob hanc quoque causam videtur magis placuisse, ut haberent homines exemplum Christianæ libertatis, & scirent, nec sabbathi nec alterius diei observationem necessariam esse.

Extant prodigiosa disputationes de mutatione legis, de ceremonijs novæ legis, de mutatione sabbathi, quæ omnes ortæ sunt ex fallâ persuasione, quod oporteat in Ecclesia cultum esse similem Levitico. Et quod Christus commiserit Apostolis & Episcopis excogitare novas ceremonias, quæ sunt ad salutem necessariae. Hi errores sepe serunt in Ecclesiam, cum iustitia fidei non satis clare doceretur. Alij disputant, dei Dominici observationem non quidem juris divini esse, sed quasi juris divini, præscribunt de ferijs, quatenus liceat operari. Hujusmodi disputationes quid sunt aliud quam læquei conscientiarum? Quanquam enim contentur epikeizare traditiones, tamen nunquam potest æquitas deprehendi, donec manet opinio necessitatis, quam manere necesse est, ubi ignorantur iustitia fidei, & libertas Christiana.

Apostoli iusserunt abstinere à sanguine &c. quis nunc observat? neque tamen peccant, qui non observant, quia ne ipsi quidem Apostoli voluerunt onerare conscientias tali servitute, sed ad tempus prohibuerunt propter scandala. Est enim perpetua voluntas Evangelij consideranda in decreto. Vix ulli Canones servantur accuratè, & multi quotidie exolescunt apud illos etiam, qui diligentissimè defendunt traditiones. Nec potest conscientia consuli, nisi hæc æquitas servetur, ut sciamus, eos sine opinione necessitatis servari, nec lædi conscientias, etiamsi quid immutet usus hominum in tali re.

Facile autem possunt Episcopi legitimam obedientiam retinere, si non urgerent servate traditiones, quæ bona conscientia servari non possunt. Nunc imperant æquilib-

rum.

rum, nullos recipiunt, nisi jurent se puram Evangelij doctrinam nolle docere. Non petunt Ecclesie nostre, ut Episcopi honoris sui jactura sarciant concordiam, quod tamen decebat bonos Pastores facere. Tantum petunt, ut justa onera remittant, quae nova sunt, & praeter consuetudinem Ecclesiae catholicae recepta. Fortassis initio habuerunt istae Constitutiones probabiles causas, quae tamen posterioribus temporibus non congruunt. Apparet etiam quasdam errore receptas esse, quare Pontificiae clementiae nunc esset, illas mitigare, quia talis mutatio non labefacit Ecclesiae unitatem. Multae enim traditiones humanae tempore mutatae sunt, ut ostendant ipsi Canones. Quod si non potest impetrari, ut relaxentur observationes, quae sine peccato non possunt praestari, oportet nos regulam Apostolorum sequi, quae praecipit Deo magis obedire quam hominibus. Petrus vetat Episcopos dominari, & Ecclesiam cogere. Non id nunc agitur, ut de dominatione sua cedant Episcopi, sed hoc unum petitur, ut patiantur Evangelium pure doceri, & relaxent paucas quasdam observationes, quae sine peccato servari non possunt. Quod si non facient, ipsi viderint, quomodo Deo rationem reddaturi sint, quod hac pertinacia causam schismati praebent.

Recentissimos praecipuos articulos, qui videntur habere controversiam, quanquam enim de pluribus abusibus dici poterat, tamen, ut fugeremus prolixitatem, praecipua complexi sumus. Magnae querelae fuerunt de indulgentiis, de peregrinationibus, de abusu excommunicationis. Parochiae multipliciter vexabantur per stationarios. Insi-

nitae contentiones fuerunt Pastoribus cum Monachis, de jure parochiali, de confessionibus, de sepulturis, de alijs innumerabilibus rebus. Hujusmodi negotia praetermissimus, ut illa, quae sunt in hac causa praecipua, breviter proposita facilius cognosci possent. Neque hic quicquam ad ullius contemptum vel contumeliam dictum aut collectum est. Tantum ea recitata sunt, quae videbantur necessarii dicenda esse, ut intelligi possent, in doctrina ac ceremonijs nihil apud nos esse receptum contra scripturam aut Ecclesiam Catholicam, quia manifestum est, nos diligentissime cavisse, ne qua nova & impia dogmata in Ecclesijs nostras serperent.

Hos articulos, supra scriptos, volumus exhibere juxta edictum C. M. in quibus Confessio nostra extaret, ut eorum, qui apud nos docent, doctrinae summa cerneretur. Si quid in hac confessione desiderabitur, parati sumus latiore exhibere, Deo voleate, juxta scripturas informationem.

Caesarej Majest. V.

Fideles & subditi.

Joannes Dux Saxoniae Elector &c.
 Georgius Marchio Brandenburgensis &c.
 Ernestus Dux Luneburgensis &c.
 Philippus Landgravius Hassiae &c.
 Wolfgangus Princeps ab Anhalt.
 Senatus Magistratusque Nonbergensis.
 Senatus Reusingensis.

OBSER-

OBSERVATIONES

QUÆDAM

BENE NOTANDÆ

In

RECITATAM CONFSSIONEM AUGUSTANAM.

Observandum 1. Formulam recitatam Augustanæ Confessionis esse authenticam, & conformem textui Originali, eamque de verbo ad verbum describam ex Georgio Cœlestino auctore Lutherano, qui scripsit integro volumine Historiam Comitiorum Augustanorum anni 1530. De qua P. Forerus noster testatur, quod ex 20. diversæ editionis exemplaribus Confessionis Augustanæ latini sermonis, quæ ipsi ad manus erant, nullum Originali ita consonum fuerit, uti recitata formula Georgij Cœlestini.

Observ. 2. In memorata Confessione multa, quæ docuerant, & adhuc docent Lutherani, esse suppressa, vel dissimulata, vel ambigüe indicata, vel nequiter proposita, quasi nihil in ea, vel admodum parùm contineretur contra doctrinam Ecclesiæ Romanæ, ut videre est in articulis de Ecclesia, de Baptismo, de Cœna Domini, de Missa, de Ordine Ecclesiastico &c.

Observ. 3. Ex 21. primis articulis complures vel ex toto, vel ex parte concordare cum doctrina Catholica, præsertim si accedat bona interpretatio. Omnes verò illos articulos, qui

de abusibus inscripti sunt, discordare saltem ex parte à doctrina & praxi Catholicorum; atque identidem in his ultimis articulis perperam repeti ea, quæ spectant ad articulos fidei, in quibus Confessionistæ discrepant à Catholicis, uti sunt, quod *sola fides justificet*, & quod *per bona opera, atque traditiones humanas* (ita vocant ritus, consuetudines, & præcepta Ecclesiæ) *non promeremur gratiam, justificationem, & remissionem peccatorum*: quo tamen loquendi modo magna irrogatur Catholicis injuria, qui nunquam docuerunt, neque docent, per ejusmodi observationem legum Ecclesiasticarum & votorum religiosorum &c. hominem mereri (*de condigno* saltem; nam hoc solum opponitur gratuite remissioni peccatorum) *primam gratiam & justificationem*, aut per has observationes solas sine fide in Christum obtinere remissionem peccatorum; licet doceant, si hæc observationes & alia opera bona fiant ab homine, jam *in gratia* constituto, eum promereri *augmentum gratiæ*, & præstare rem Deo gratam.

Observ. 4. Articulos præcipuos, in quibus discrepant à Catholicis Confessionistæ

fionista secundum recitatum formulam, esse sequentes. Nempe de *Justificatione*, & quidem precipue, quam soli fidei tribuunt, & de *merito bonorum operum*, de qua duplici materia tractatur art. 4. 5. 6. 8. 20. De *invocatione Sanctorum*, de *Communione sub utraque specie*, de *conjugio Sacerdotum*, de *votiis Monasticis*, de *Sacrificio Missæ*, de *constitutionibus humanis*; quæ omnia eò collimare videntur, ut homines amotis legibus, præsertim humanis, liberam ac facilem vitam ducant sine anxia cura salutis; cum justificari, & consequenter salvari, omnibus esse facillimum doceant, nimirum per solam fidem, & sine observatione eorum, quæ aliquid difficultatis habent, uti sunt jejunia, confessio auricularis, professio religiosa, castitas &c. Hinc nihil magis & frequentius inculcant Confessionista, quam *justitiam fidei*, & *libertatem conscientie*, latam cæli viam & spatiosam portam efficere conantes, quam tamen Christus arctam esse dixit & angustam.

Observ. 5. Ad articulos fidei quod attinet, Confessionem dicere art. 21. *Se in nullo dissentire ab Ecclesia Catholica vel Romana*. Quod si verum est (licet verum non sit) prorsus impie & sine sufficiente causa ab Ecclesia Romana recesserunt Confessionista, concitando tantas turbas, dissidia, & bella in inelyta Natione Germanica, cum vel ipsa Confessione Augustana teste ad unitatem Ecclesiæ non opus sit similes ubique ritus & ceremonias usurpari. Abstinerendum erat ab abusus, quos

R. P. Fichtler Theol. Polemica;

reprehendunt in Ritibus, non tam secundum schisma excitandum.

Observ. 6. Ad articulos de *Abusibus* quod attinet, fatetur Confessio eod. art. 21. *totam dissensionem à Catholicis esse de paucis quibusdam abusus*. quod quidem iterum negat in fine, dum dicit, Ecclesiæ Romanæ abusus & contentiones Pastorum cum Monachis fuisse *infinitas & innumerabiles*. Pensare tamen debuisset, quod isti abusus, quos in Cœlibatu Clericorum, in Missarum celebratione, in Confessione privata, in Discrimine ciborum, in Votiis Monasticis, & Potestate Ecclesiastica (hos enim abusus speciatim culpatur Aug. Confessio) fuerint solummodo personales, per Ecclesiæ Romanæ sententiam nunquam approbati. Jam verò Conf. Aug. prætextu abusuum res istas omnino conatur abolere contra illud principium receptum: *propter abusum non tollendus est usus*. Ut autem speciosius omnino tollat memoratas Ecclesiæ observationes, plurimis calumnijs eas onerat, & exosas reddere conatur, ut videre licebit observatione 10. & ultima.

Observ. 7. Etiam si in multis articulis conveniat Aug. Conf. cum doctrina Orthodoxa, atque in ijs verum doceat; nihil tamen inde majoris auctoritatis ipsi accedere, neque propterea amplectendam, sed potius magis cavendam esse; cum enim in cæteris articulis, in quibus discrepat à Catholica Ecclesia, plurimas falsitates ac mendacia complectatur, & sic veris immisceat falsa, facilis decipiuntur incauti, quam si falsa tantum proponeret; verisimum enim est

Hh h h

Chry-

Chrysoft. dictum hom. 42. in Matth. illud profecto diaboli artibus astute fieri scire debemus, ut veritati semper errores connexi, atque inserti, similitudine facile decipiant leviores.

Observ. 8. Lutheranos minimè sectari suam Confessionem, uti deberent, tum quia non sectantur illam doctrinam, quam continet Conf. imò nonnunquam contrariam amplectuntur, ut postea videbimus, tum quia plurima alia tenent dogmata, quæ Confessioni inserta non sunt, quod tamen ipsis minimè licet. Tenent enim, nullum esse Purgatorium, animas non juvari precibus & pijs operibus fidelium, Papam esse Anti-Christum, Reliquias & Imagines Sanctorum non esse colendas, Mandata Dei servari non posse, Sacramenta non esse septem, sed duo tantum vel tria, Corpus Christi non esse in S. Hostia extra sumptionem &c. quæ omnia Confessioni Aug. inserta non sunt. Quòd autem ipsis non liceat alios articulos profiteri præter eos, qui inserti sunt Aug. Conf. Originali, patet ex Transactione Passaviensi, in qua manifestè statuitur, eos omnes ab ista Pacificatione excludi, qui aut Religioni Cath. aut Aug. Confessioni non sunt addicti; sed Lutherani, quando articulos in Aug. Conf. non comprehensos contra Catholicos docent, quoad hoc non sunt addicti Aug. Confessioni: aliàs dicam, etiam Calvinistas, atque alios Sectarios in memorata Pacificatione includi, quos tamen ipsimet excludunt.

Observ. 9. Lutheranos non solum tenere multa, quæ Confessioni August.

non sunt inserta, sed etiam docere aliqua eidem omnino contraria, v. g. 1. Ubiquitatem seu omni-præsentiam humanitatis Christi, quæ repugnat articulo 3. de Incarnatione Verbi, & articulo 7. de adventu Christi ad iudicandum. 2. Liberum arbitrium in prima hominis conversione nihil agere, sed tantum pati, quod adversatur art. 18. qui satis indicat, liberum arbitrium habere virtutem efficiendæ justitiæ Dei, quamvis non sine Spiritu S. 3. Ecclesiam esse invisibilem, quod est contra art. 7. 4. Ecclesiam Rom. esse Anti-Christianam quam tamen Confessio art. 21. vocat Catholicam. 5. Missam esse abominandam, & abolendam, quam tamen Confessio art. 3. de abusi. retinere se gloriatur.

Observ. 10. Confessionem Aug. plurimas falsitates & mendacia continere, ut Melanchthon eas tegere & per ambiguitatem verborum celare conatus sit. Hic potissimum referam eas falsitates, seu potius calumnias, quibus aliqua falsò impinguntur Catholicis, diluulatis pro nunc falsitatibus ipsius doctrinæ Confessionistæ; solent enim Lutherani, uti & ipsa Confessio Ecclesiæ Catholicæ doctrinam gravissimis calumnijs & mendacijs prægravare, exosamque reddere, ea imponendo Catholicis, quæ ipsis in mentem nunquam venerunt. Et his mendacijs à pueritia decepti complures præpediuntur à conversione ad fidem Catholicam, quia sinistra profus opinione adversus illam imbuti sunt. Quam ut ipsis eximam, placet aliquas ejusmodi calumnias & mendacia, in ipsa Confessione Aug. com-

comprehensa, enumerare, omisiss longe gravioribus & impudentioribus, quibus privatim apud suos eandem per summum nefas denigrant.

Aliqua mendacia & calumnia, quas continet Augustana Confessio.

De fide & justificatione mendacium

1. quod olim apud Catholicos mirum & altissimum de fide fuerit silentium, 2. quod illustrati quasi nova Lutherani Evangelij luce caperint mentionem fidei facere, 3. quod doctrina de fide diu jacerit ignota, 4. quod tantam doctrinam operum verfatam sit in Ecclesijs, 5. quod Catholici doceant, hominem posse humanis viribus & sine Christo promereri gratiam, omnia art. 20.

De operibus & praeceptis mendacium

1. quod falso accusati sint primi praecones Lutherani, quod bona opera prohibeant, 2. quod Catholici olim parum docuerint de decem praeceptis, officijs, & operibus, quae in qualibet vocatione Deo placent, 3. sed tantum urserint puerilia, & non necessaria opera, ut certas ferias, jejunia, fraternitates, peregrinationes, cultus Sanctorum, Rosaria, Monochatum, & similia, 4. quod Catholici à Lutheranis admoniti haec dediderint, 5. quod vexaverint conscientias doctrinam operum, & non proposuerint ex Evangelio consolationem, Haec omnia iterum art. 20. 6. quod apud Catholicos mandata Dei juxta vocationem nullam laudem habuerint, uti generare & educare liberos, regere Rempub. art. 5. de abusibus.

R. P. Fichler Theol. Polemicæ,

De Missa & Communionis sub utraque specie mendacium 1. quod Missa apud Lutheranos retineatur, & summa reverentia celebretur, 2. quod ferventur usitata illius ceremonia fere omnes, 3. quod Catholicorum opinio fuerit, Christum sua passione satisfecisse quidem pro peccato originis, Missam vero instituisse pro peccatis actualibus, & quotidianis delictis mortalibus & venialibus, 4. quod fuerit publica opinio, Missam ex opere operato, justificare ac delere peccata vivorum & mortuorum, 5. quod veteres ante Gregorium non fecerint mentionem privatae Missae. Haec omnia art. 3. de abus. Art. autem 1. de Communionis sub utraque specie mentitur Confessio, quod eam tantum consuetudo non ita verus sustulerit.

De Pœnitentia & confessione mendacium 1. quod fateri cogamur, doctrinam de pœnitentia diligentissime à Lutheranis tractatam & patefactam esse, 2. quod confessio peccatorum (mortalium scilicet quoad numerum & speciem) apud Lutheranos non sit abolita, 3. quod de fide absolutionis olim fuerit magnum silentium, 4. quod immodice olim laudata sint satisfactiones, fidei vero & meriti Christi, ac justitiae fidei nulla mentio facta sit, 5. quod impossibilem peccatorum enumerationem exigamus in confessione. Haec omnia art. 4. de abus. 6. quod Canones loquantur non de reservatione culpa, sed de reservatione pœnae Ecclesiasticae, art. 7. de abus.

De Conjugio Sacerdotum mendacium

1. Paulus ait, Episcopum eligendum esse,

H h h h h 2

se,

se, qui sit *maritus*. 2. In Germania primum ante annos 400. Sacerdotes *vi coacti* sunt ad Cœlibatum. 3. Sacerdotes capitalibus pœnis exeruciantur *contra* Canonum voluntatem præcisè propter conjugium. 4. Pius Papa dixisse fertur, *fuisse aliquas causas*, cur sit ademptum Sacerdotibus conjugium, sed *multo majores esse causas, cur reddi debeat*. 5. exstat *mandatum Dei*. 6. Et *mos Ecclesie notus* (scilicet de conjugio Sacerdotum) 7. *Doctrina est demoniorum* id illis prohibere. Hæc omnia art. 2. de abus. 8. Cœlibatum Sacerdotum articulus ultimus numerat inter traditiones, quæ bonâ conscientia servari non possunt.

De *Votis Monasticis* mendacium 1. Augustini tempore Monasteria fuisse *libera Collegia*, & primum postea *corrupta disciplina ubique addita fuisse vota*. 2. Catholicos dixisse, *vota esse paria Baptismo*. 3. Et se hoc vitæ genere *mereri remissionem peccatorum & justificationem*. 4. Monasticam professionem *longè meliorem esse Baptismo*. 5. Conjugia Religiosorum *dissolvenda esse contra sententiam S. Augustini*. Omnia art. 6. de abus.

De *discrimine ciborum & aliis vitibus Ecclesie* mendacium 1. à Lutheranis servari *plerasque traditiones*, quæ conducunt ad hoc, ut res ordine geratur in Ecclesia. 2. Per traditiones Ecclesie *obscurata esse præcepta Dei*, quia

traditiones *longè præferbantur præceptis Dei*. 3. *Christianismus totum* putatum esse observationem certarum feriarum, rituum, jejuniorum, vestitus, Omnia art. 5. de abus. 4. Catholicos docere, quòd certi cibi *polluant conscientiam*. 5. Paulum ad Titum aperte prohibere *traditiones*. 6. Nullos recipi ab Episcopis Catholicis, *nisi jurent, se puram Evangelii doctrinam nolle docere*. Omnia tit. ult. 7. Vota & traditiones de cibis & diebus institutas *esse contra Evangelium*, art. 15.

Hæc sunt aliqua mendacia ac falsitates, quæ plerumque calumniam habent adjunctam contra Catholicos, eorumque doctrinam, ut quivis rerum peritus facile videret, & ego cuius, rerum non satis gnaro, demonstrare paratus sum. Dico, *aliqua*, non omnia; nam longè plura adhuc afferri possent, præsertim circa ipsam doctrinam Confessionis Augustana; quæ tamen hic adducere nolui, eò quòd detegantur & resutentur satis in præcedentibus, ubi exposui singula fidei dogmata in particulari, in quibus à nobis dissidet Confessio Augustana. Prò! qualis erit fides Lutherana, si ejus Symbolum tot scætet falsitatibus, mendacijs, & calumnijs? vide ergo, miser Confessionista, quam falsa decipiaris fide, nec ei deinceps, si te ipsum amas, tuam confide salutem.